

1661.

67

# COMPENDIUM ELEMENTORUM GEOMETRIÆ PRACTICÆ FUNDATUM

- |  |  |
|--|--|
| I. Super varia figura-<br>rum constructione.               | IV. Supernonnullo<br>rum practicorum<br>exemplorum ad A-<br>grimensuram spe-<br>ctantium resolutio-<br>ne. |
| II. Super multifaria fi-<br>gurarum dimensione.            |  |
| III. Super Metamor-<br>phosi seu figurarum<br>conversione. |  |

AUTHORE

R.P. ALEXIO à S. Maria Magd.  
è Clericis Regularibus Scholarum Piarum  
Geometriæ & Philosophiæ Professore.

Bibliotheca  
Scholarum  
Anno




Pestanae  
Piarum  
1773.

---


BUDÆ , typis Veronicæ Notensteinin , Viduæ.

---



*Ad habendam sanam mentem  
nemo immaturus est, aut vietus  
est, aut juvenis; studendum ita-  
que & juveni & seni est; illi qui-  
dem, ut dum senescet bonis efflo-  
rescat; isti vero, ut annis senex  
animis tamen sit juvenis; par-  
est proinde ea omnibus meditari,  
quæ felicitati nostræ conducunt.  
Epicurus apud Laerti. lib. X.*





# A U T H O R

*AD*

## BENEFOLUM LECTOREM.

**O**ccasionem concinnandorum Elementorum Geometriæ practicæ mihi præbuit , partim magnus librorum ad imbuendam ingenuam juventutem in Regno nostro Inclytissimo literarumque amantissimo defectus ; partim autem quod pauci admodum super sint latini idiomatis Authores , qui super hac facultate longe amænissima ac utilissima claro curtoque sermone differuissent , licet complures nume-  
na-

raveris exterarum Nationum & lin-  
guarum, qui & brevi & perfacili me-  
thodo hujusmodi Elementa posteris  
suis transcripserint. Dabis veniam  
amice Lector si in nonnullis locis &  
passibus stylum deprehenderis non  
esse usquequaque severioribus lati-  
nitatis legibus conformem : studium  
etenim exponendi faciliori ac bre-  
viori quo potuit modo difficulta-  
tem, non sivit illas prono alioquin  
animo executioni demandare. Ani-  
mus etiam mihi erat veritatem sin-  
gulorum problematum Propositio-  
nibus Euclidæis (ut vides factum i-  
ultima parte ) confirmare ; verum  
cum earundem Theoricum stu-  
dium præmittendum commendem  
hujusmodi studio practico, id facili

ne.

negotio se ipso Magistro præstabit  
is , qui hujusmodi methodum se-  
quendam duxerit. Desine mirari  
Amice Lector in parte quarta , ubi  
de exemplis agitur agrimensuræ ne  
mentionem quidem fieri in operatio-  
ne dati Problematis , eorum quæ Ti-  
tulus significabat , sed quod illorum  
Ioco trianguli aut Trapetzoidis repe-  
titis vicibus audias denominatio-  
nem ; id enim studio factum a me  
scito , ut breviores & clariores de-  
monstrationes instituam , cumque  
hujusmodi operationes aliis quoque  
generis exemplis solvendis perfacile  
accommodari possint , ne tyronibus  
id exequi volentibus , intertextis ex-  
empli dati nominibus pluribusq; vo-  
ci-

cibus ad ejusdem expressionem per-  
tinentibus, ne, inquam confusionem  
ac laborem iisdem faceam. Plura  
etiam irrepserunt in præpropero ty-  
po menda & errores , verum illos  
partim ex folio *Correctorum* adnexo,  
partim autem ex ipso contextu ani-  
madvertes emendandos. Hæc lu-  
benti accipe animo , & cum Ele-  
menta sint ; pro tyronibus & Prin-  
cipiantibus facta esse scito.



BRE-



B R E V E.

**COMPENDIUM**  
Principiorum deservientium

*AD*  
**G E O M E T R I A M**  
**PRACTICAM.**

**PROBLEMA I.**

*Datam Rectam bifariam divi-  
dere.*

**S**it data Linea A. B. circinô ex centro B. intervallo A. B. describatur circuli portio aliquanta F.A.C. & ex centro A. intervallo A. B. describatur altera portio circuli q. B. p. demum per puncta intersectionis D, K. ducatur recta Linea D. K. hæc dividet datam rectam A. P. bifariam in E. & in eodem punto E. formabit quatuor angulos rectos.

A

PRO.

## PROBLEMA II.

*Aliò modò dividatur bifariam  
data recta.*

- ii. **F**lant ex centris A. & B. distantia ad libitum sumpta duæ intersectiones in C. & D. per quas ducta recta C. D. dividet bifariam datam A. B. & ad ipsa merit quoque perpendicularis eadem recta. Hæc est eadem cum priori propositione, sed in eodem taxat cum ipsa disconvenit, quod cum minoribus intersectionibus peragat operationem.

## PROBLEMA III.

*Dividatur bifariam recta exce-  
dens circini extensionem.*

- iii. **S**it data Recta A. B. longior solito, ex punctis A. & B. summè, in data recta portiones æquales A. D., B. C. demum ex punctis D. C. fiant per prolema I. intersectiones: E. G. per quas ducta recta dividet bifariam datam rectam longiorem in F.

## PROBLEMA IV.

*Dividatur recta octifariam.*

- iv. **E**x centris A. B. datæ rectæ fiant comunes intersectiones in C. D. ducta recta dividet bifariam in numero 4.; secundò cen-

centris : A. & 4 B. & 4 fiant aliæ intersectiones in E. F. & G. H. per quas ductæ rectæ binæ dividunt datam rectam quadrifariam in 2. 4. 6. tertio ex centris A. & 2. fiant intersectiones in i. & k, ex centris. 2. & 4. fiant intersectiones in l. & M. ex centris: 4. & 6. fiant intersectiones in n. & o. demum ex centris 6. & B. fiant : intersectiones in p. & q. per quas quadruplices novas intersectiones ductæ rectæ dividunt datam rectam A.B. in 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

## PROBLEMA V.

*Data recta dividatur in complures partes ad libitum.*

**S**it data recta A.B. quæ dividi debeat v. g. v.  
in 7. partes æquales, ducatur ad libitum  
ex puncto A. altera recta ad angulum A. C.  
Ex B. duc perpendicularē B. C. dein re-  
ctam A. C. divide septifariam in punctis: n.  
o. r. u. i. m. ex quibus punctis duc parallelas  
ad rectam C. B. hæ secabunt datam rectam  
septifariè.

## PROBLEMA VI.

*Datis duabus rectis inæqualibus  
de majori minori parem auferre.*

**S**it data major A. E. cuius ex punto A. vi.  
intervallo minoris rectæ C. duc circu-

lum, hic secabit majorem in B. recta A B.  
est par ipsi A. D. ducendæ, sive minori re-  
cta C.

## PROBLEMA VII.

*In extremitate datæ rectæ perpen-  
dicularem excitare.*

vii. **S**it dacta recta A B, in cuius extremitate  
B excitabis perpendicularem B E, ex  
puncto proinde B intervallō ad libitum no-  
ta in data recta punctum G, ex centris : G  
& B intervallō priori permanente fac duos  
arcus, secantes se in F, duc rectam aliquam  
longiorem G F, ex punto F accipe E F  
partem æqualem ipsi F G, recta BE erit quæ-  
sita perpendicularis.

## PROBLEMA VIII.

*Ex dato puncto in data recta per-  
pendicularem excitare.*

viii. **I**N data recta A C sit punctum assigna-  
tum B, distantiam B A transfer in E,  
ex centris A & E intervallō A E fiant duo  
arcus secantes se in D, ex B ad D ducta  
recta dabit perpendicularem.

PRÓ.

## PROBLEMA IX.

*Ex dato puncto extra datam rectam, perpendicularem ducere ad ipsam datam rectam.*

**S**it punctum C & recta A B , ex centro **ix.** C intervallō CA ducatur circulus quispiam , ille secabit datam rectam in A & E , recta A E dividatur bifariam in F , ducta recta F C , erit quæsita perpendicularis.

## PROBLEMA X.

*Alter modus ducendi perpendicularē ex dato punto super data recta.*

**S**it data recta H I , & punctum K , ex centro K intervallo K H ducatur arcus , hic secabit rectam in H & N , arcum H N divide bifariam in R , ducta R K dabit desideratam perpendicularē super data recta , quæ erit R K .

## PROBLEMA XI.

*Super datæ rectæ alterutro fine ducatur altera recta , quæ cum priori faciat angulum rectum.*

**E**x punto B ad libitum fiat aliquis circulus D E , ex punto D intervallo B notetur in circumferentia punctum F , **xii.**  
**A ;** ex

**ex** punto F intervallo eodem fiat arcus longior hic secabit circulum in H , ex H , eodem semper manente intervallo fiat tertius arcus F N , hi duo postremi secabunt se in C , ducta recta C B dat alteram rectam facientem angulum rectum cum priori A B.

## PROBLEMA XII.

*Super data recta utrinque fiat angulus rectus.*


- XI. **S**It data recta A M , ex A accipe ad libitum distantiam B , ex centris A & B , intervallo A B fiat intersectionis punctum c , ex centro c distantia c A fiat arcus D F , ad quam producitur B c , & veniet intersecta in E , ad punctum E ducta A E , faciet angulum rectum. Demum divide bifariam A M in G , per puncta : E G ducatur recta infinita E G L , fiat G L æqualis ipsi G E , ducaturque recta M L , & hæc dabit alterum angulum rectum.

## PROBLEMA XIII.


*Super data recta fiant utrinque duo anguli æquales.*

- XIII. **I**N data recta C D summe pro centro D , & intervallo D C fac arcum M C , & centro C intervallo CD fac alterum D L , dein











Fig. I.



II.



III.



dein ex punctis D, & C fiant intersectio-  
nes æquales G, & E ad quas ductæ rectæ  
C G & D E constituent angulos æquales  
CDE, & DCG.

## PROBLEMA XIV.

*In data recta fiat angulus æqua-  
lis angulo dato.*

**S**it data recta EG, & angulus ABC, ex xviii.  
centro B intervallo ad libitum ducatur  
arcus n D, & ex centro E manente priore  
intervallo ducatur itidem aliquis arcus f H,  
ex quo desume f n parem priori n K, &  
per punctum n ducatur recta E n, angulus  
n E f est æqualis priori.

## PROBLEMA XV.

*Ad datam rectam ducatur Paral-  
lela.*

**I**N data recta AB accipe circino partes xxii.  
æquales AC, & BD, & eodem inter-  
vallo permanente ex punctis A & C fac  
intersectionem E, sicut etiam ex punctis B, &  
D intersectionem F, per quas intersectiones  
ducta recta GH dabit parallelam ad da-  
tam rectam.

## PROBLEMA XVI.

*Ex dato puncto extra datam rectam ducatur parallela ad datam rectam.*

xxiii.

**S**it datum punctum C, ex data recta A B, nota ad libitum punctum D, ex quo ut centro, & intervallo DC fac arcum F C, & remanente eodem intervallo ex centro C fac alterum arcum: D G, demum assumptam distantiam C I. transfer ex D ad O, jam per puncta C O ducta recta C E erit quæsita parallela.

## PROBLEMA XVII.

*Quomodo probatur an duæ rectæ sint parallelæ adinvicem.*

xxiv.

**P**er datas parallelas ducatur uteunque recta secans CD, ex punctis intersectionis E & F intervallō ad libitum ducantur utrinque portiones circuli CB, & GD, demum ducantur rectæ CB, & GD, quæ si fuerint æqualis inter se longitudinis, datæ rectæ AB, & PQ erunt adinvicem parallelae.

## PROBLEMA XVIII.

*Datæ rectæ ex punto dato ducatur altera æqualis.*

xxv.

**S**it punctum A, & recta BC, ducatur BA,

B A , super quam fiat triangulum æquilaterum B D A , ex centro B intervallo B C fiat circulus C E , & prolongata D B usque ad punctum E circumferentiae , ex centro D intervallo D E fiat alter circulus G E F , in quo prolongata D A usque ad circumferentiam F , dabit rectam A F quæsitam.

## PROBLEMA XIX.

*Fiant duæ lineæ parallelæ curvæ, & aquales.*

**D**Uctam rectam A B divide bifariam in **xxvi.** G ; & distantia ad libitum sumpta ex G fac arcum D E , deinde assumpta altera distantia utrinque æquali D C & E F , fiat ex eodem centro G arcus C N F , demum fiant reliqui arcus H C , & F I ejusdem valoris cuius erat D E arcus , demum ex centro horum arcuum intervallo utrinque E & D ducantur arcus L D , E O , & consequum erit problema datum.

## PROBLEMA XX.

*Super data recta fiat triangulum æquilaterum.*

**S**It recta data A E ex centro E intervallo **xiv.** E A fiat circulus A C D , & ex centro A intervallo A E fiat alter secans priorem

in C ductisque lineis C A & C E conse-  
tum est triangulum æquilaterum A C E.

## PROBLEMA XXI.

*Quomodo probatur an triangu-  
lum sit æquilaterum.*

- xvii. **S**it datum triangulum B A C, hujus ba-  
sis B C dividatur bisariam in O, & in-  
tervallo B O, ex bentro B ducatur arcus  
D E manenteque eodem intervallo ducan-  
tur ex centro A arcus H L, ex centro C ar-  
cus F G, qui tres arcus si solum se tetige-  
rint, non autem secuerint triangulum erit  
æquilaterum.

## PROBLEMA XXII.

*Datis duabus rectis inæqualibus  
cum quantitate majoris triangu-  
lum Isoscheles facere.*

- xv. **S**it data recta minor A B, major autem  
D E, accipe intervallum D E, cum quo  
ex centis A & B fiant duo arcus secantes se  
in C, ad hoc punctum intersectionis ducan-  
tur rectæ A C & B C, facient illæ triangu-  
lum postulatum.

## PROBLEMA XXIII.

*Datis tribus inæqualibus forma-  
re triangulum Scalenum.*

- xvi. **S**int datæ rectæ A, B, C ducatur recta  
DE

D E æqualis ipsi B, ex centro E intervallo mediocris rectæ C, fiat arcus X N, & centro D intervallo minimæ rectæ datæ A, fiat alter arcus Z M, hi duo arcus se secabunt in F, ad quod punctum ductæ DF, & EF constituent triangulum Scalenum.

## PROBLEMA XXIV.

*Ex data recta divisa in tres partes conficere triangulum, ea tamen legi intelliguntur esse divisæ, ut duas partes superent tertiam.*

**S**it data recta AD, cujus tres partes sint AB; BC, & CD fiat ex centro B intervallo BA circulus AZE, ex centro autem C intervallo CD fiat alter circulus DXE, hi duo circuli se secabunt in E, ductæ rectæ BE, & CE, dabunt triangulum, cuius latus EB est simile parti AB, EC simile parti CD quod erat quæsิตum.

XIX.

## PROBLEMA XXV.

*Dato circulo triangulum æquilaterum circumscribatur.*

**E**x aliquo quæcto circumferentiaæ dati XX. circuli puta B intervallo semidiametri ejusdem fiat arcus go, ex punctis o & q manente eadem distantia fiant arcus BA, & CB, ex punctis C, A, B, intervallo

lo

Io C A fiant intersectiones communes in E , M , N , ad quas ductæ rectæ , circumscribent triangulum æquilaterum dato circulo.

## PROBLEMA XXVI.

*Detur triangulum quodpiam, in cuius latere aliquo sit notatum punctum quodpiam, sub quo fiat triangulum æquale dato.*

xxi.

**S**it Triangulum B A C , punctum autem datum D , a , D ducatur recta D B , cui ex A fiat parallela A E , demum prolongatur basis C B , quoadusque secetur in E , ducatur recta E D , hæc faciet triangulum E D C esse æquale , & suppositum ipsi triangulo B A C .


## PROBLEMA XXVII.

*Inveniatur centrum circuli.*


xxvii.

**S**ecetur in duas partes circulus per rectam A B in parte ut libuerit , dein recta hæc dividatur bifariam in C , ex punto C utrinque ducatur ad circumferentiam perpendicularis D C F , hanc jam divide bifariam in E , punctum E erit centrum dati circuli.











PRO-



**XIV.**



**XV.**



## PROBLEMA XXVIII.

*Per data tria puncta non in directum posita circulum describere.*

**S**int data puncta tria A, B, C, ex punto <sup>XXVIII.</sup> C ad intervallum pro libitu duc arcum DE, ex A duc alterum BF, item ex centris A & B intervallo BA duc alios duos arcus, per puncta intersectionis x o duc rectam nm, & per puncta alia intersectionis ui, duc rectam pq, haec duæ rectæ se secabunt in r, centro r intervallo r A ductus circulus transibit tria puncta data.

## PROBLEMA XXIX.

*Dato angulo circumscribatur circulus.*

**L**aera BA, & CA dati anguli dividantur bifariam per perpendiculares GD & HF, haec quoque secabunt in punto E, ex centro E intervallo EA ducatur circulus, confectum erit problema.

## PROBLEMA XXX.

*Fiat figura elyptica seu ovalis.*

**D**ucatur recta EF, dein in ipsa fiant <sup>XXX.</sup> duo circuli hac lege, ut circumferentia unius transeat per centrum alterius C & D, ducantur rectæ quatuor ex segmentis

tis quæ erunt BI, BG, RK, & RL, ha-  
quatuor tangent circumferentias in quatuor  
punctis, videlicet in K, L, I, G, demum  
ex centro B intervallo BI, ducatur arcus  
IG, & vicissim ex centro R intervallo R  
K ducatur arcus RL, & factum est quod  
quærebatur.

## PROBLEMA XXXI.

*Describatur forma ovalis sed per-  
fecte formæ ovi.*

xxxii. **D**ucatur diameter AB, hanc dividetri-  
fariam, super duabus ejus partibus  
fac circulum IDG, partem tertiam divide  
bifariam in  $\pi$ , ex centro  $\pi$  intervallo  $\pi$  A  
fac circulum minorem MAO, hi duo cir-  
culi se tangent in  $\pi$ , ex centro  $\pi$  intervallo  $\pi$  D  
fiat arcus IDG, qui secabit circu-  
lum majorem in I & G, ex quibus punctis  
per centra duorum circulorum ducantur  
quatuor rectæ: IO, Ip, GM, Gq, quo  
peracto centris G & I, intervallo GM è  
contra ducantur duo arcus Mr, & Ok &  
factum est quod quærebatur.

## PROBLEMA XXXII.

*Fiat figura eliptica oblonga.*

xxxiii. **S**uper eadem recta BC utrinque forme-  
tur tiangulum æquilaterum BDC &  
BAC,

B A C, ex centro D intervallo D C fiant duo arcus E F & F E, item ex centro A manente intervallo priore fiant alii duo arcus N E & N F, dein facto centro in A intervallo A D fiat arcus E D E, & centro D intervallo eodem fiat arcus F A E, dein centris B & C intervallo B E fiant arcus F E, & E E, hoc eodem modo ut vides in schemate figuram ellipticam jam majorrem, jam minorem reddes.

### PROBLEMA XXXIII.

*Super data recta describatur gyrus limacis.*

**S**it data recta A B, dividatur ea bisecta in C ex centro C intervallo C A fiat semicirculus A D B, rectam C B divide bifariam in E centro E intervallo E B fiat semicirculus B O C, rectam C E divide bifariam in r, fiatque arcus C n E, rectam r E divide bifariam in i, fiatque arcus r m E & factus est gyrus limacis.

### PROBLEMA XXXIV.

*Fiat figura ovalis, quæ secundum datam proportionem augeatur.*

**C**onstituatur ovale aliquod minus per xxx.  
Prob. 30. dein radios B C G, R D L,  
B D I, R C K prolonga in directum ad li-  
bi-

bitum, ac demum ex centro C duc arcum K E G secundum datam proportionem, & ex D arcum L F I, ex R arcum K L, & ex centro Barcum G I manente semper eadem apertura circini.

## PROBLEMA XXXV.

*Quis alter modus est conficiendi figuram ellipticam?*

XXXIV.

**U**niantur duo quadrata perfecte æqualia per rectam C D, dein ducantur diagonales F C, D E, G C, & D H, ex centris A & B intervallo A H, ducantur arcus H F, & E G, demum ex centris D, C, ducantur arcus H C E, & F D G, & factum est quod fuerat petitum.

## PROBLEMA XXXVI.

*Dato segmento conficiatur integer circulus.*

XXXV.

**S**it segmentum A B C, zona ejus A C dividatur bifariam in I, ex I erige perpendicularem B I, & ductam rectam A B divide itidem bifariam in D, ex punto D duc perpendicularem utrinque, hæc secerbit priorem in E, ex centro E intervallo E B duc arcum A n C, qui erit complementum dati segmenti.

PRO.

## PROBLEMA XXXVII.

*Dato quadrato circumscribatur circulus.*

**S**it quadratum A B D C , per quod ductæ <sup>xxxvi.</sup> diagonales faciunt commune segmentum in E , ex centro E intervallo E B ducatur circulus , qui circumscribet datum quadratum.

## PROBLEMA XXXVIII.

*Dato Pentagono regulari inscribatur circulus.*

**S**it Pentagonum E B A D C , anguli E & <sup>xxxvii.</sup> C , dividantur bifariam per rectas G E & F C , hæ rectæ habebunt segmentum commune L , centro L intervallo L G ducatur circulus , ille tanget omnia quinque latera.

## PROBLEMA XXXIX.

*Dati circuli centrum inveniatur.*

**I**n circumferentia circuli sumantur ad li. <sup>xxxviii.</sup> bitum partes æquales duæ B A , & A C , ex centro A intervallo A C fiat arcus G f , ex centro C fiat alter arcus D H , item fiat ex centro A intervallo A B arcus P e , ex centro B manente eodem intervallo fiat alter arcus R q , per hæc quatuor intersectio-

nis puncta ducantur rectæ SK, & TI, concurrent illæ in punto o, quod erit centrum circuli, ut probanti patebit.

### PROBLEMA XL.

*Dato triangulo æquilatero inscribatur circulus.*

**xxxix.** **S**it datum triangulum ABC, cujus latera dividantur bifariam in D, F, E, ex quibus punctis ducantur ad angulos rectæ DC, EB, FA, quæ se secabunt in punto G, ex quo ad GE ducatur circulus, hic tanget omnia latera trianguli.

### PROBLEMA XLI.


*Dato triangulo irregulari circulus inscribatur.*

**xl.** **I**n dato triangulo angulos ABC, & BCA divide bifariam per rectas FB, & EC, hæ duæ rectæ se secabunt in E, ex E ad BC ducatur perpendicularis videlicet ED, quo peracto ex centro E intervallo ED fiat circulus, hic tanget omnia triilatera.

### PROBLEMA XLII.

*Dato triangulo regulari circumscribatur circulus.*

**xli.** **S**it triangulum H, ex cuius centro A, intervallo AB fiat arcus CD, ex centro



tro B intervallo eodem fiat alter arcus C E,  
& centro C eodem intervallo permanente  
fiat arcus A F, & B K, ex punctis interse-  
ctionis N & G, ducantur rectæ se secantes  
in H, punctum H intervallo H B, con-  
ciet circulum desideratum.

## PROBLEMA XLIII.

*Dato pentagono regulari circum-  
scribatur circulus.*

**A** Nguli A & B dividantur bifariam rectis **XLII.**  
A C & B D, habebunt hæ segmentum commune in E, centro E intervallo  
E A ducatur circulus, dico esse consequum  
quod fuerat postulatum.

## PROBLEMA XLIV.

*Dato quadrato inscribatur circu-  
lus.*

**E**X dati quadrati angulis ducantur dia- **XLIV.**  
nales C D, & A B, illæ se invicem se-  
cabunt in E, dein latus quodpiam ipsius  
A D dividatur bifariam in M, ductâ linea  
M E, fiat circulus ex cento E, intervallo  
E M, hic tanget omnia quatuor latera qua-  
drati.

## PROBLEMA XLV.

*Super datis rectis fiat elipsis.*

**XLIV.**

**D**Entur casu duæ lineæ rectæ ut O E, A, C, axis v. g. longioris lineæ sit 24. & axis minoris sit 18. minor axis A, C, dividat longiorem bifariam perpendicula- riter in  $m$ , dein acceptam O  $m$  transfer ex puncto C in  $n$ , & ex A eandem transfer in  $n$ , postmodum  $n$  divide trifariam, quo peracto acceptas duas partes insimul:  $s$ ,  $s$  i, transfer ex centro  $m$ , utrinque in:  $p$  &  $r$ , & super:  $p$   $r$ , fac duo triangula æ- quilatera & æquiangula:  $p$   $q$   $r$ , &  $p$   $x$   $r$ , latera autem  $q$   $p$ ,  $q$   $r$ ,  $x$   $p$ , &  $x$   $r$ , pro- trahe in infinitum, dein acceptâ distantia  $x$   $a$ , ex punto  $x$  fiat arcus  $l$  A  $f$ , & ea- dem distantia manente ex punto  $q$ , fac al- lium arcum b C K, demum accepta distan- tia  $p$  E, ex punctis  $p$  &  $r$  fac duos arcus  $l$  E  $b$ , &  $f$  O K, & factum est quod quæ- rebatur.

## PROBLEMA XLVI.

*Super assignatis duabus rectis in data mensura fiat figura ovalis*

**XLV.**

**S**It data recta una A C æqualis quanti- tatis 16. hanc divide bifariam in o, ex hoc punto erige perpendicularē o P æ- qualem 12. 3. dein ex punto o distantia o A,

• A, fac circulum A L C *m*, qui secabit perpendicularē o P in *m*, ideo ex punctis A & C per *m* ducantur duae infinitae A *n*, & C *n*, postremum acceptā distantiā AC ex punctis A & C fac duos arcus A *n* & C *n*, & ex punto *m* comple arcum *n* P *n*, & facta est figura ovalis.

## PROBLEMA XLVII.

*Heptagonum circulo inscribatur.*

**P**er centrum dati circuli ducatur diameter AB, dein ex punto B distan-  
tia B o ducatur arcus: doe, puncta de,  
conjunge per rectam dce, dimidium hu-  
jus lineaē id est c d, erit latus septagoni,  
quod si transferetur in circumferentia cir-  
culi, inscribet heptagonum circulo.

## PROBLEMA XLVIII.

*Describatur forma ovalis sine cir-  
cino.*

**D**ata sit diameter BM, hanc divide in decem partes æquales, quarum octo sumuntur relictis duabus, infixisque duobus signis in G & A, ibidem alligare neces-  
sè est funiculum duplīcēm hac tamen le-  
ge: ut duplīciter sumtus perveniat usque  
ad M, interpone dein stylum C, & cum eo se-  
cundum extensionem funiculi ducta curva B  
CM, describet formam ovalem.

## PROBLEMA XLIX.

*Quomodo probatur ita se habere circumferentiam ad diametrum, ut se habent 22. ad 7.*


**XLVIII.** **D**ividatur diameter A D, in septem partes, & per unam earundem dividatur circumferentia, ipsa dividetur in partes 22. igitur si multiplicaveris cujuscunque dati circuli circumferentiam per 7. & productum diviseris per 22. quotus dabit ejusdem circuli diametrum, & è contra si dati circuli diametrum multiplicaveris per 22. & productum diviseris per 7. quotus dabit circumferentiam circuli.

## PROBLEMA L.

*Probetur omnem circulum posse resolvi in parallelogrammum & in quadratum.*

**XLIX.** **D**emonstrata superius proportione, circumferentiam se habere ad diametrum, ut 22. ad 7. transferantur utrinque illa triangula 22. æqualia videlicet ejusdem altitudinis & magnitudinis, hæc ut vides in schemate constituunt parallelogrammum A D, B C, æquale prorsus circulo, ex quo si dein feceris quadratum, illud erit futurum æquale eidem circulo.

PRO.



## PROBLEMA LI.

*Super data recta constituatur quadratum & dein ipsum dividatur in octo latera æqualia.*

**S**it data recta A B , ex punctis A & B erigantur perpendiculares per *problema* 8. ex quibus sume partes æquales ipsi A B , itaque erunt A D , & B C , duc rectam D C , & erit factum quadratum A D C B .

Quod dividendum in octo latera debet subdividi per diagonales A C , & D B , habentes sectionem communem in centro E , ex centro A ad E sume circinè distantiam A E , quam ex A transfer in F , ex B in G , ex C in M , ex D in R , item ex A in N , ex D in U , & ex C in H , ad quæ octo puncta ductæ rectæ divident quadratum in octo latera æqualia.

## PROBLEMA LII.

*Datis duabus rectis inæqualibus formetur rectangulum.*

**S**int propositæ rectæ A & B , ducatur II. recta C D æqualis ipsi A , dein erigatur perpendicularis E C , per *problema* 8. ex qua sume datæ minori B partem æqualem C E , demum ex centro E inter-

vallo C D fiat arcus, item ex centro D  
intervallo C E alter arcus secans priorem  
in F, ducantur rectæ E F, & D F, re-  
ctangulum X erit quæsitum.

### PROBLEMA LIII.

*Quis modus Vitruvii est inscri-  
bendi portam proportionalem dato  
quadrato.*

lvi. **D**ati quadrati latera AB, & CD, di-  
vide bisariam in F, & E, dein du-  
cantur rectæ A E, E B, & F C, FD; i-  
tem diagonales duæ CB, & AD, hæ sex  
lineæ se secabunt in G, & H, ad quas in-  
tersectiones ducatur G H, item se seca-  
bunt in I & K, ducantur proinde G I, &  
H K, hæ tres lineæ secundùm *Vitruvium*  
constituent januam proportionalem.

### PROBLEMA LIV.

*Circulo quadratum circumscri-  
batur.*

lvi. **P**er datum circulum ducatur diameter  
BE, & per centrum A erigatur utrin-  
que perpendicularis per *problema 8.* DC,  
hæ secabunt circumferentiam in D, E, C, B,  
centro C, intervallo CA ducatur arcus  
NK, item ex B eodem intervallo alter ar-  
cus HG, & ex centro D tertius arcus  
XZ,

XZ, ex centro autem E quartus arcus IP,  
hi quatuor arcus conficient quatuor pun-  
cta communis sectionis *m*, *r*, *s*, *o*, ad qua-  
ductæ rectæ confident desideratum quadra-  
tum.

## PROBLEMA LV.

*Fiat quadratum manente semper  
eadem apertura circini.*

**S**It data recta AB, ex centris A & B in-  
tervallo AB fiant duo arcus BC, &  
AD utrinque producti, qui se secabunt in  
punctis E & X, per quæ ducatur recta EX,  
ex centro X intervallo XA ducatur arcus  
AiB, ex punto segmenti I fiat alter ar-  
cus CED, priores secans in o & n, ad quæ  
puncta ductæ rectæ Ao, on, nB confi-  
cient quadratum.

## PROBLEMA LVI.

*Super data recta erigatur Penta-  
gonum regulatum.*

**S**It data recta AE, quæ prolongetur in  
infinitum, ex punto E erigatur per-  
pendicularis En, par ipsi rectæ AE, da-  
tam AE divide bifariam in o, ex o ut cen-  
tro ad distantiam on duc arcum nX, qui  
secabit productam infinitam in X, sume A  
X, & ex A duc arcum aliquem longiorem  
qZ, item ex E duc alium arcum pL, hi-  
B 5 duo

duo arcus se secant in  $r$ , proinde accipe distantiam A E, & ex puncto intersectionis  $r$ , duc arcum  $fg$ , qui secabit prædictos duos longiores arcus in  $fq$ , duc proinde rectas A s, fr, rg, gE, & factum est quod quærebatur.

## PROBLEMA LVII.

*Dato quadrato circumscribatur pentagonum.*

LVI. **S**it basis quadrati A, latus C B, ex centris C & B intervallo C B ducantur arcus CL, & BF, jam arcus E D, & B E, divide in quinque partes æquales, quarum unam utrinque ex D & E transfer in  $n$  &  $m$ , & ductis rectis  $n$  C, &  $m$  B, ex centris  $m$  &  $n$  intervallo permanente ducantur duo arcus communem habituri sectionem K, ad quam ductæ rectæ K $n$ , & K $m$ , terminabunt pentagonum dato quadrato circumscriptum.

## PROBLEMA LVIII.

*Dato circulo pentagonum circumscribatur regulare.*

LVII. **S**it datus circulus BHD, cui per problema 60. inscribatur pentagonum regulare ipsiusque anguli dividantur bisariam per rectas IE, BA, DC, OH, & GL, hæc.

secabunt circulum in punctis B, L, H, E, D, per quæ puncta ducantur per problema 15. parallelæ ad latera pentagoni inscripti, hæ circumscribent pentagonum æquilaterum.

## PROBLEMA LIX.

*Alter modus super data recta con-ficiendi pentagonum regulare.*

**D**ata recta A B dividatur bifariam in D, per lineam quidem perpendicularē L, F, ex D F sume tres partes, quarum singula sit æqualis ipsi A D, dein per puncta F & A ducatur aliqua longior F K, item per F B, altera F I, ex quibus longioribus desume A K, & B I pares ipsi A D, ex centris autem I, K, intervallo A B fiat intersectio communis in L rectæ L K, & L I, complebunt pentagonum.

## PROBLEMA LX.

*Circulo inscribatur pentagonum æquilaterum.*

**I**N dato circulo ducatur diameter A B, & ex centro D erigatur perpendicularis D C, semidiameter autem A D dividatur bifariam in E, ex centro E intervallo E C ducatur arcus CF, recta CF ducta est latus pentagoni inscribendi.

PRO.

## PRRBLEM A LXI.

*Manente eadem apertura circini  
fiat pentagonum regulare.*












- lx. **S**it data recta A B , ex centro A intervallo A B fiat circulus DBI , ex centro B eodem intervallo fiat circulus E H A , per puncta intersectionis ducatur G F perpendicularis , demum ex punto F intervallo A B fiat arcus D A B E , iste secabit perpendicularem G F in C , per puncta C , & E , C & D ducantur rectæ E I , & D H , postremum ex centris I , & H intervallo semper eodem fiant communes intersectiones in G , & ductis rectis G H , G I , I A , & B H , consequentia est desideratum pentagonum.

## PROBLEMA LXII.

*Dato circulo inscribatur decagonum æquilaterum.*

- lxi. **D**ato circulo X , inscribatur triangulum B A C , per problema 42. demum inscribatur pentagonum æquilaterum E D , A G F , per problema 60. arcum B D divide bifariam in H , ducta H D , & haec inscripta circulo decies , constituet decagonum æquilaterum.

PRO.

**XLIX.****L****LI.****LII.****LIII.****LIV.****LV.****LVI.****LVII.****LVIII.****LIX.****LX.**

## PROBLEMA LXIII.

*Datâ aliquâ rectâ fiat circulus,  
qui eam comprehendat puta no-  
vies in sua circumferentia.*

**S**It data recta A B , quam divide quadri-  
fariam , per medium autem erige ali-  
quam longiorem perpendicularem C X ,  
supra duas partes intermedias fiat circulus  
qui secabit perpendicularem in  $n$ , ex centro  $n$   
intervallo  $n$   $n$  , fiat alter circulus, qui secabit  
perpendicularem in  $r$ , ex centro  $r$ , interval-  
lo  $r$   $n$  fiat tertius circulus secans perpen-  
dicularem in C , ex C intervallo C A fiat  
circulus , hic continebit datam rectam no-  
vies.

LXII.

## PROBLEMA LXIV.

*Omnis figuræ rectilineæ anguli  
inter se sunt bis tot, quot sunt la-  
tera figura demptis quatuor.*

**S**It figura septilinea, in qua sumatur ali-  
quod punctum ad libitum H , ad quod  
ex angulis duc rectas D H , C H , B H , A H ,  
G H , F H , E H , hæ constituent insimul  
triangula septem, quæ cum insimul faciant  
angulos quatuordecim , & quia ad verticem  
H sunt anguli quatuor, sequetur quod re-  
sidui decem anguli sint ipsius figuræ recti-  
lineæ

LXIII.

lineæ anguli. Hæc operatio dependet à propositione 32. Libri Euclidis. I.

## PROBLEMA LXV.

*Super data recta fiat sexagonum regulare.*

LXIV.

**S**it data recta  $b\alpha$ , ex punto  $b$  duc arcum  $ch$  distantiae  $b\alpha$ , item ex punto  $\alpha$  duc arcum (manente semper eadem distan-  
tia)  $cg$ , hi duo arcus habituri sunt com-  
munem intersectionem  $c$ , ex qua duc in-  
tegrum circulum ad  $b\alpha$ , quo facto ex pun-  
cto intersectionis  $h$  duc arcum  $e$ , ex  $g$  duc  
alium arcum  $f$ , ad quæ puncta si duxeris  
rectas  $ag, gf, fe, eh; hb$ , fecisti quod  
fuerat in quæstione.

## PROBLEMA LXVI.

*Circulo inscribatur sexagonum re-  
gulare.*

LXV.

**S**it datus circulus X, per cuius centrum  
ducatur diameter:  $c\,d$ , dein ex  $c$ , &  
 $d$  duc duos arcus intervallo  $c\,X$ , hi transi-  
bunt per centrum X secantes circumfe-  
rentiam in quatuor punctis  $g, h, a, b$ , ad  
quæ puncta duæ rectæ constituunt sexa-  
gonum inscriptum.

PRO.

## PROBLEMA LXVII.

*Septagono regulari circulus inscri-*  
*batur.*

**S**Umpto lateri A B , ducatur altera con- LXVII.  
tigua , eique æqualis b c , dein ex pun-  
cto c , distantia c a fiat arcus a e F , & ex  
puncto a fiat alter arcus in e , & iterum  
ex puncto e fac tertium arcum in f , ma-  
nente semper eadem distantia a c , dein duc  
rectas a f , & b e , hæ rectæ se secabunt in  
x , igitur recta a x erit radius circuli , &  
hac acceptâ distantiâ fiunt duo arcus ex  
centris a , & b , qui se secabunt in punto  
m , quod erit centrum circuli circumscri-  
bendi.

## PROBLEMA LXVIII.

*Supra data recta erigatur octa-*  
*gonum.*

**D**Atam rectam a b divide bisariam in LXVIII.  
c , & accepta distantia: c a , fac ar-  
cum: a d : prius tamen ex: c , erige per-  
pendicularem aliquam longiorem ut: c e ,  
facto dein arcu: a d , duc diagonalem: a d ,  
item ex puncto d , distantia: a d , fiat ar-  
cus: a e , punctum: e , erit centrum circu-  
li formandi , in cuius superficie si datam re-  
ctam

Etiam octies superduixeris, octagonum describes.

## PROBLEMA LXIX.

*Dato circulo inscribatur octagonum.*

LXVIII. IN dato circulo ducantur duæ diametri  $PQ$ , &  $AC$ , se perpendiculariter secantes in  $o$ , ex  $Q$ , distantia ad libitum fiat aliquis arcus, & eadem distantia servata ex  $P$  fiat arcus secundus, ex  $A$  tertius; demum ex  $C$  quartus fiat arcus, hi habebunt puncta intersectionis quatuor  $i, n, z,$  &  $s$ , quibus punctis si in circumferentia acceperis alia puncta quatuor correspondentia videlicet  $r, k, m, u$ ; describesque per ipsa rectas, pentagonum erit inscriptum circulo.

## PROBLEMA LXX.

*Super data recta fiat novangulum.*

LXIX. Sit data  $BC$ , ex punto  $B$  intervallo  $BC$  fiat arcus  $Cxn$ , & ex  $C$  fiat alter arcus  $Bxm$ , ex punto intersectionis ad  $e$  ducatur perpendicularis  $xe$ , jam superpone ipsi  $x$  aliam perpendicularem  $xa$ , æqualem ipsi dimidiæ  $Be$ , punctum  $a$  erit centrum alicujus circuli, in quo rectam  $BC$  si sumperferis novem vicibus, constitues novangulum petitum.

PRO.

## PROBLEMA LXXI.

*Dato circulo inscribatur novangulum.*

**S**it datus circulus A M B, per quem du-  
catur diameter M e, dein ex centro e  
intervallo ad fiat arcus n d B, ducaturque  
diagonalis longior A B, ex puncto inter-  
sectionis e fiat arcus A f, observata priori  
distantia, & ex centro A fiat tertius arcus  
intersecans priorem in f, ducta igitur re-  
cta d f, secabit circulum in s, recta proin-  
de n s, erit latus metiendum novies in hoc  
circulo.

## PROBLEMA LXXII.

*Super data recta inscribatur de-  
cagonum.*

**R**ecta est B C, ex cuius extremitate C lxxi.  
erigatur perpendicularis: C o, æqua-  
lis ipsi B C, divisaque bifariam B C in e,  
ex puncto e duc arcum o f, & prolongata  
in directum B C usque ad f, ex punctis B  
& C fiant duo arcus distantiae B f, secan-  
tes se in a, igitur ex a, distantia a B fac cir-  
culum, in quo si latus B C sumferis de-  
cies, confectum erit decagonum.

C

PRO.

## PROBLEMA LXXIII.

*Inscribatur decagonum cuiusdam circulo dato.*

LXXII. **P**er circulum A C B D , ducantur diametri perpendiculariter se secantes in o , rectam o B divide bisariam in e , & accepto intervallo e C ducatur arcus Cf , recta fo intercepta erit latus decagoni inscribendi.

## PROBLEMA LXXIV.













*Dato circulo inscribatur triangulum equilaterum, quadratum, & septangulum.*

LXXIII. **P**er duas diametros dividatur circulus quadrifariam in D , P , C , S , ex punto S intervallo S r , ducatur arcus A r B , ducantur itidem rectæ AP , PB , BA , hæ constituent triangulum. *Secundò* AS recta circumducatur in circumferentia , & efficiet septagonum , ducta demum linea D S quater , per circumferentiam constituet quadratum , quod erat ultimum.

## PROBLEMA LXXV.

*Quomodo probatur circulo inscriptum triangulum , vel sexagonum esse equilaterum , & perfectum.*

LXXIV. **D**ucatur diameter per circulum BC , &



& ex centro C intervallo C A ducatur arcus A D , recta D C sexagoni , & DB recta futura est trianguli latus.

## PROBLEMA LXXVI.

*Circulo inscribatur octagonum  
æquilaterum.*

**I**N circulo ducatur diameter B C , & per **LXXXV.** centrum ducatur altera diameter A D , perpendiculariter , ducatur dein latus quadrati inscribendi B A , quod divide bifariam in G , ex G erige perpendicularem G F , quæ ducta octies per circumferentiam describet octagonum.

## PROBLEMA LXXVII.

*Dato triangulo æquilatero parallelo grammum æquale ponatur.*

**D**ati trianguli A B C dividatur bifariam **LXXVI.** basis in E , ex centro E ad B ducatur recta , dein ex punto B intervallo E C , fiat arcus D S , & ex centro C intervallo E B , fiat alter arcus D L , ad punctum intersectionis F ducantur rectæ B F , & C F parallelo grammum B F C E , erit æquale triangulo A B C .

## PROBLEMA LXXVIII.

*Datum triangulum commutetur  
in quadratum.*

LXXXVII. **S**It datum triangulum A U D , & ducto circulo E L D , ex vertice trianguli U ducatur perpendicularis U S , quam divide bifariam in F , partem F U adjunge basi A D ut vides esse D B , demum rectam A B divide bifariam in  $\pi$  , ex centro  $\pi$  intervallo  $\pi$  A fiat semicirculus A K B , ex puncto D demittatur perpendicularis D H , super qua erectum quadratum H  $\pi$  , est futurum æquale dato triangulo.

## PROBLEMA LXXIX.

*In dato triangulo ex vertice ad basim ducatur perpendicularis , con-  
convertaturque in æquale rectan-  
gulum.*

LXXXVIII. **I**N dato triangulo ex centro C intervallo C B ducatur arcus  $\pi$  D , & ex centro A intervallo A B ducatur alter arcus  $\pi$  Z , ex B ad communis sectionis punctum m ducatur recta B i , hæc erit quæsita perpendicularis , quam divide bifariam in E , ex quo puncto ducatur utrinque parallela E F ad A C , & ductis perpendicularibus G A , & F C rectangulum A G F C erit æquale dato triangulo.

PRO.

## PROBLEMA LXXX.

*Reducatur omne triangulum in parallelogrammum, & omne polygonum in quadratum æquale.*

**Q**uia id jam clarum est ex Problematibus superioribus sequitur quod omnis figura rectilinea possit reduci in æquale sibi parallelogrammum, aut quadratum, quod fieri: si datam figuram B C D E F A per diagonales, reduxeris in quatuor triangula, quibus singulis fiant æqualia quadrata per problema 77. quibus quadratis simul sumptis si feceris alterum æquale quadratum, illud erit æquale dato poligono.

## PROBLEMA LXXXI.

*Data quatuor triangula resolvantur in totidem quadrata, quibus dein fiat unum æquale quadratum.*

**P**er Problema prius resolvantur singula parallelogrammata in quadrata ut vides factum in schemate, dein X latus quadrati primi constitue ad angulum rectum cum latere quadrati secundi, basis A erit latus quadrati futuri æqualis duobus simul sumptis quadratis videlicet primo & secundo; dein ad

A ad angulum rectum constitue latus quadrati tertii, eo tum basis B erit latus quadrati futuri æqualis quadratis primo secundo & tertio, ultimo ad B constituatur ad angulum iterum rectum latus quarti quadrati ipsa erit latus futuri quadrati æqualis omnibus datis quatuor quadratis.

## PROBLEMA LXXXII.

*Datum quadratum resolvatur  
in parallelogrammum secundum  
datam latitudinem.*













LXXXI. **S**it quadratum C D B A, & data longitudine D E, ex E per B ducatur diagonalis E B, hanc fecet prolongata C A in F, ex punto F ad C E ducatur parallela F G, item ex A B ducatur parallela B H ad D E, ex punto E demittatur perpendicularis E G, parallelogrammum I H, est æquale futurum dato quadrato A D.

## PROBLEMA LXXXIII.

*Dato triangulo fiat æquale quadratum.*

LXXXII. **S**it triangulum C A B, basim ipsius C B prolongare necesse est, ipsamque C B dividere bifariam in D, ad punctum B erigatur perpendicularis utrinque E F, sume infra B F æqualem ipsi B D, & ex punto

A



A duc parallelam ad C B , hæc secabit perpendicularem in E , divide jam bifariam E F in G , ex centro G intervallo G E fiat arcus E H F , hic secabit basim in H , super H G fiat quadratum H I , illud est futurum æquale triangulo.

### PROBLEMA LXXXIV.

*Dato triangulo fiat æquale parallelogrammum.*

**D**ati trianguli A C B , basis dividatur LXXXIII. bifariam in D , ex C duc parallelam ad A B , dein ex D duc alteram parallelam ad A C , postremum ex B duc tertiam parallelam ad eandem A C parallelogrammum , est æquale dato triangulo.

### PROBLEMA LXXXV.

*Quocunque pentagonum regulare vel irregulare reducatur in triangulum.*

**E**x vertice dati pentagoni A ducantur LXXXIV. ad basim diagonales A C , & A D , ad quas ex punctis B & E duc parallelas B F , & G E prolongatas usque ad occursum occurrentis basis CD ductæ A F , & A G constituent triangulum F A G æquale dato pentagono.

## PROBLEMA LXXXVI.

*Dato parallelogrammo angulorum acutorum & obtusorum fiat alterum ipsi simile, sed angulorum rectorum.*

LXXXV. **D**atum parallelogrammum sit BEFC, **D**ujus ex puncto B erige perpendicularem BA, cui ex punto C ducatur parallelala CD, recta EF parallelaliter prolongata ad A, dabit parallelogrammum ADCB quæsิตum.

## PROBLEMA LXXXVII.

*Dato rectangulo fiat æquale quadratum.*

LXXXVI. **D**atum sit rectangulum DABF, producatur recta DE, ex producta desume FE æqualem ipsi FB rectam DF divide bisariam in N, ex centro N intervallo ND ducatur semicirculus DACE recta FB prolongetur ad circumferentiam, linea CF erit latus quadrati, supra quod constructum quadratum G, æquale est futurum dato rectangulo.

PRO.

## PROBLEMA LXXXVIII.

*Dato triangulo cum assignatione  
anguli fiat parallelogrammum ha-  
bens angulum assignato aequalem,  
& ipsum sit aequale dato trian-  
gulo.*

**S**it triangulum C B D, & angulus assi-  
gnatus C D E, dividatur basis C D bi-  
fariam in F, ex puncto B ducatur paralle-  
la ad C D, item ex puncto F alia parallela  
ducatur F G, parallelogrammum hoc erit  
æquale dato triangulo, & habebit angulum  
G ipsi angulo assignato C D E aequalem.

## PROBLEMA LXXXIX.

*Dato triangulo æquilatero fiat al-  
terum triangulum datō bis majus.*

**S**it datum triangulum A B C, supra cu-  
jus latus A C fiat angulus A C D re-  
ctus, ita tamen ut latus C D sit æquale ipsi  
lateri A C, ducatur hypotenusa A D, supra  
quam fiat triangulum G æquilaterum, id  
futurum est bis majus triangulo E.

## PRRBLEM A XC.

*Omnī dato triangulo fiat alterum  
simile vel duplum.*

**S**it triangulum B A C datum, prolonge-  
tur quodcunque ipsius latus puta B C

ad D, ita ut CD sit æquale ipsi CB, ducaturque recta DA, erit angulus CAD similis dato triangulo, si autem CD prolongaveris ad F, quatenus CF sit dupla basis BC, ducta recta AF, triangulum CAF erit duplum trianguli dati BAC; hac methodo potes secundum præscriptum numerum duplicare, triplicare &c. omne triangulum.

## PROBLEMA XCI..

*Alter modus construendi triangulum duplum dati trianguli.*

- xc. **T**rianguli æquilateri ABC, basis est AC, super quam ex punto C erigatur perpendicularis CE, ex qua desume CH æqualem ipsi AC, & superducta AH constitue triangulum AZH æquilaterum, prioris duplum.

## PROBLEMA XCII.

*Dato quadrato fiat alterum ipsius duplum.*

- xci. **D**atum sit quadratum PMNO, per quod ducatur diagonalis PN, super hac fiat quadratum PNQR, istud erit duplum dati quadrati, quod probatur exinde, quia diagonalis PQ est dupla lateris PO, dati quadrati.

PRO.

## PROBLEMA XCIII.

*Datis duobus circulis fiat tertius  
æqualis prioribus simul sumptis.*

**S**int duo circuli A & B, fiat angulus M xcii.  
**N**O, qui pro basi habeat MO, æqualem ipsi diametro A, NO autem ipsi diametro B, dein ducatur recta M N, quam divide bifariam in D, ex centro D inter-  
vallo DN ductus circulus MON æqualis erit datis duobus circulis.

## PROBLEMA XCIV.

*Dato circulo fiat alter, qui prioris sit tertia pars.*

**S**it circulus AB, ductam ejus diame- xciii.  
trum divide trifariam, cuius unam ter-  
tiam ex B transfer in C, super diametro  
AC fiat circulus major AZC, ex punto  
B erige ad peripheriam perpendicularem  
BD, quam divide bifariam in E, hoc cen-  
tro & intervallo ED descriptus circulus,  
erit tertia pars dati circuli.

## PROBLEMA XCV.

*Dato circulo fiat alter, qui ipsius  
sit dimidium.*

**E**sto circulus datus ACB, per cujus xciv.  
centrum ducantur diametri AB, &  
CN perpendiculariter, ex punto C ad B  
du-

ducatur recta C B , demum ex centro D  
ducatur circulus tangens] rectam CB , ille  
erit dimidium dati circuli. Hoc modo vo-  
lens facere circulos qui sint quarta , octa-  
va &c. pars circuli eadem operatio conti-  
nuabitur.

## PROBLEMA XCVI.

*Datus angulus dividatur bifariam.*













**xcv.** **E**X vertice anguli dati B intervallo ad libitum sumpto ducatur arcus G H , qui secabit latera anguli in A & D , ex cen- tro A intervallo A D ducatur arcus N O , item ex D ducatur alter arcus E F , hi duo arcus conficient communem sectionem in I & P , per quas ducta recta B P I , dividet datum angulum bifariam.

## PROBLEMA XCVII.

*Alter modus dividendi bifariam  
datum angulum.*

**xcvi.** **E**X vertice dati anguli B intervallo ad libitum ducatur arcus , qui secabit la- tera ejusdem in A & D , ex A & D inter- vallo A B fiant duo arcus , per quorum in- tersectionem communem ducta E B dividet bifariam datum angulum.

PRO.



## PROBLEMA XCIII.

*Datus angulus rectus dividatur trifariam per triangulum æquilaterum.*

**S**It datus angulus rectus C B A, ex la-**xcvii.**  
tere B C desume ad libitum partem aliquantam ut B G, super hanc constitue triangulum æquilaterum per *problema 20.* G F B, cuius latus G F divide bifariam in E, ducta recta E B, & B F prolongata di-vident angulum rectum trifariam.

## PROBLEMA XCIX.

*Datum triangulum, ex puncto assignato dividatur bifariam*

**S**It datum triangulum C B A, & pun-**xcviii.**  
ctum divisionis D ex quo inchoari de-beat divisio trianguli, quare basis C A di-vidatur bifariam in E, & ducatur recta E B, per hanc jam dividetur triangulum bifari-am, cum habeant hæc duo triangula ean-dem basim, & eandem altitudinem, ha-bere enim eandem altitudinem nihil est aliud, quam esse inter duas parallelas. Du-catur dein recta D B, ad quam per *proble-ma 16.* ex punto E ducatur parallela E F, & ex punto D ducatur recta D F, erit tri-angulum divisum in duas partes æquales,  
qua-

quarum una est trapezium BCDF, & alterum triangulum DFA.

### PROBLEMA C.

*Datus arcus dividatur bifariam.*

**xci.** **S**it arcus A P B, ducatur recta A B, quam divide bifariam in puncto C, demum centris B & A fiant communes intersectiones per arcus F E, & I D, ex puncto B ducatur recta perpendicularis ad C, hæc erit dividens datum arcum bifariam.

### PROBLEMA CI.

*Dividatur circulus in tres partes æquales.*

**c.** **D**ucatur semidiameter B E, ex punto B intervallo B E notetur in circumferentia punctum P, ducaturque arcus: B E K, item ex K accipe K R, & centro R intervallo R K fiat alter arcus K E S, item ex punto S accipe punctum Q, ex quo ut centro fiat arcus S E B; demum ex centro E ductæ rectæ ad puncta intersectionis K, B, S, divident circumferentiam in tres partes æquales.

### PROBLEMA CII.

*Datus circulus dividatur quadrifariam.*

**cl.** **D**ucatur diameter A D, ex centro D in-

intervallo ad libitum ducatur arcus E B,  
& eodem intervallo manente ex centro A  
ducatur alter circulus G F , per puncta in-  
tersectionis communis ducatur recta I H ,  
circulus secabitur quadrifariam.

## PROBLEMA CIII.

*Ex dato puncto in latere quadra-  
ti, illud dividatur in bifariam.*

**S**it quadratum C A B D , punctum da- ciii.  
tum F , itaque latus : B D divide bi-  
fariam in K , ubi erige perpendicularem I  
K , quam divide bifariam in O , per O F du-  
cta recta dividet quadratum bifariam.

## PROBLEMA CIV.

*Datum quadratum dividatur  
quadrifariam.*

**S**it quadratum A B D C , ex cuius angu- ciii.  
lorum punctis duc arcus , & ex D in-  
tervallo ad libitum fac arcum H E , quod i-  
psum facturus es ex punctis A,B, C, manen-  
te semper eodem intervallo , hæ quatuor  
portiones circuli formabunt quatuor pun-  
cta intersectionis , per quæ ductæ rectæ E  
F , & G H divident quadrifariam quadra-  
tum.

PRO.

## PROBLEMA CV.

*Datis duobus quadratis fiat tertium utriusque æquale.*

civ. **S**int duo quadrata A & B, quorum basis sit FLD, ex C ad D ducatur diagonalis super quam constitutum quadratum E, erit æquale datis duobus quadratis.

## PROBLEMA CVI.


*Cujuslibet arcus dati centrum inquiratur.*

cv. **S**it arcus ACB, cuius chorda ducatur AB, quem seca bifariam in II, ex quo puncto ducatur perpendicularis utrinque CD, ex G ad A ducatur recta, quam divide bifariam in E, ex ducta perpendicularis EF secabit priorem perpendicularem in E, punctum E erit centrum circuli formandi.

## PROBLEMA CVII.

*Circulo inscribatur sexagonum regulare.*

cvi. **P**er datum circulum ducatur diameter AD, ex centro E intervallo AG fiat arcus FGC, item ex puncto D eodem intervallo manente fiat alter arcus BGE, hi duo arcus in circumferentia circuli notabuat quatuor puncta, ductæ proinde AF, FB,



**F**B, **B**D, **D**E, **E**C, **C**A, constituunt sexagonum regulare.

## PROBLEMA CVIII.

*Circulo inscribatur septagonum regulare.*

**D**ucatur diameter circuli **A****B**, qui divisus per centrum **C** in duas partes, iteram dividatur in alteras duas partes in **D** & **i**, ex **D** erige perpendicularē **D****E**, rectam **D****E** circumfer in circumfrentia, conficiet ipsa septagonum regulare.

## PROBLEMA CIX.

*Data diametro superficies semicirculi inveniatur.*

**S**it diameter **A****B** = 14, & semicirculus **ACB**, multiplicetur diameter **AB** in se ipsam, ut vides factum in **K** summam provenientem divide per duo, quotum in **H** multiplica secundo per 11, summam provenientem divide denuo per 14, ex hac divisione prodibunt in **F** numeri 77, igitur datus semicirculus habebit quadrata 77.

**D**

**A****B**

$$\begin{array}{r}
 \text{K} \\
 \text{AB} = \frac{1}{4} \\
 \quad \quad \quad \frac{1}{4} \\
 \hline
 \quad \quad \quad 5 \ 6 \\
 \quad \quad \quad \frac{1}{4} \\
 \hline
 \quad \quad \quad \frac{1}{4} \quad H \\
 2 (1 \ 9 \ 6) \ 9 \ 8 \\
 \quad \quad \quad \frac{1}{1} \\
 \hline
 \quad \quad \quad 9 \ 8 \\
 \quad \quad \quad 9 \ 8 \\
 \hline
 \text{AB} = 14 (1 \ 0 \ 7 \ 8) 77 \text{ area.}
 \end{array}$$

**PROBLEMA CX.**  
**Nota chorda mensuretur superficies arcus dati.**

cix. **S**it chorda AB = 10 palmorum, duca tur perpendicularis KP = 4 dividens bisariam datam chordam AB, per dimidiam perpendiculararem KP multiplicetur integra chorda, ut vides factum in C, dein ex perpendiculari KP fac quadratum, & illud multiplica in G per 11, productum dividatur per 14, hujus quotum S transfer ad H, ubi ex

ex eo ex trahitur radix quadrata, quam in I  
 adde ipsi L, igitur summa 23, & fractio 5,  
 significat arcum AKB pro superficie habere  
 quadrata 23, & fractionem 5; eadem foret  
 operatio, si per dimidiam basim multiplicau-  
 veris integrum perpendicularem.

$$\begin{array}{rcl}
 & C & \\
 \begin{array}{rcl}
 AB & = & 10 \\
 \frac{1}{3} PK & = & 2 \\
 \hline
 L & = & 20
 \end{array} & \begin{array}{rcl}
 KP & = & 4 \\
 & & 4 \\
 \hline
 G & = & 11 \\
 & & 16 \\
 & & 16 \\
 \hline
 & & 16
 \end{array} & \begin{array}{l} \\
 \\ \\
 \hline
 14(176) 12. 8. 5
 \end{array}
 \end{array}$$

$$\begin{array}{rcl}
 H & & I \\
 12. 80 / 3. 5 & = & 2 \\
 9 \\
 \hline
 65(380) & & \\
 325 \\
 \hline
 55) & & L = 3. 5 \\
 .. & & \hline
 & & 23. 5 superficies.
 \end{array}$$

D 2 PROB.

## PROBLEMA CXI.

*Datus arcus semicirculo major  
mensuretur.*

cx **S**it arcus CNARD, ducatur chorda CD, quæ dividatur bifariam per rectam AB  $\equiv \varsigma$ , dein ducantur rectæ AC & AD, per *Problema 112.* mensuretur hoc triangulum; item mensuretur arcus ARD, & CNA per *Problema 110.* hæ tres summae addantur insimul, quotus prodiens erit area hujus arcus semicirculo majoris.

## PROBLEMA CXII.

*Mensuretur datum triangulum  
ignota perpendiculari.*

cxi **S**it triangulum BAC, cujus tria latera ad-  
dantur invicem in *U* productam sum-  
mam in *L* divide bifariam, quotum succe-  
sive multiplica per tria latera in *M*, ex ul-  
tima summa *H* extrahe radicem *N*, quam  
si diviseris bifariam, ut vides factum in *S*,  
illud dimidium est area trianguli BAC.  
Hæc operatio est nimium exacta, ideoque  
familiaris.

AB

$$\begin{array}{r}
 u \\
 BA = 8 \\
 BC = 8 \\
 CA = 8 \\
 \hline
 L = 2(24) 12 \\
 BA = 8 \\
 \hline
 BC = 8 \\
 \hline
 CA = 8 \\
 \hline
 H 6144 \sqrt{78} = N \\
 s \\
 2 \sqrt{78(60)} 39 : 30 \text{ area.} \\
 \hline
 78 \qquad 78
 \end{array}$$

### PROBLEMA CXIII.

*Dati trianguli Isoscelis inveniatur perpendicularis.*

**T**Rianguli BAC latus quocunque puta **CXL.**  
 AB debet multiplicari in seipsum,  
 quod factum est in K, dein media basis BC  
 pariter multiplicetur in seipsam, produc-  
 tum subtrahatur a summa priori, residuum  
 transfer ad G, ubi extracta radix E dabit  
 perpendicularem, quae est futura  $P = 9$ .

D ;

KAB

$$\begin{array}{r}
 K. \\
 AB = 10 | 4 = \frac{1}{2} BC \\
 10 | 4 \\
 \hline
 100 | 16 \\
 16 | \\
 \hline
 84 = G \\
 84 \sqrt[2]{9} = E \text{ perpendicularis.} \\
 81 \\
 \hline
 \end{array}$$

### PROBLEMA CXIV.

*Dati trianguli æquilateri perpendicularis inveniatur.*

**S**it datum triangulum æquilaterum ABD, cuius quodcunque latus, puta AD, supponatur pro basi, & ex ipsius dimidio fiat quadratum in X, alterius autem lateris BA = 8 fiat quadratum integrum, prius substrahe ab hoc posteriore, à residuo extracta radix dat perpendicularem in F.      X

$$\begin{array}{r}
 \frac{1}{2} AD = 4 \quad 8 = EA \\
 \frac{4}{16} \quad \frac{8}{64} \\
 \hline
 \frac{16}{48} \sqrt[2]{6} = F \text{ perpendicularis.} \\
 \frac{36}{12} \\
 \hline
 \end{array}
 \quad \text{PROB.}$$

## PROBLEMA CXV.

*Dati trianguli Scaleni inveniantur perpendicularis.*

**S**it datum triangulum MQN, cuius re- cxiv.  
cta MN sumatur pro basi, hæc multipli-  
cetur in seipsam in Z, latus MQ in V, &  
QN in H multiplicentur in seipsas, addan-  
tur quadrata ZV, facient insimul summam  
G, à qua substractum quadratum H divida-  
tur per quadratum dimidiæ basis MN, quæ  
cum sit æqualis 8, dimidium ipsius erunt 4,  
cujus dimidii quadratum sunt 16, quotus s  
erit illud punctum, in quod cadet perpen-  
dicularis QP, ideoque ex integra MN = 8,  
si tria demas, remanebunt 5, cujus qua-  
dratum in L sunt 25, quam si subtraxeris  
ex quadrato H lineæ videlicet majoris, re-  
manebit F ex quo numero extracta radix  
dat quæsitam perpendicularem, quæ erit  
QP = 3.

$$\begin{array}{rcl}
 Z & & H \\
 8 MQ = & 4\frac{1}{2} & 6 = QN \\
 8 & 4\frac{1}{2} & 6 \\
 \hline
 64 & 20\frac{1}{2} & 36 \\
 20\frac{1}{2} & & 25 = L \\
 \hline
 G = 84\frac{1}{4} & F = 11\int_3^{\cdot} \cdot P 2 & \\
 H = 36 & 9 & \\
 \hline
 \end{array}$$
  

$$\begin{array}{rcl}
 MN = 16(48\frac{1}{4}) & 3 = S & 2 \\
 MN = 8 & & - \\
 S = 3 & & - \\
 \hline
 & 5 & \\
 & 5 & \\
 \hline
 25 & = L &
 \end{array}$$

## PROBLEMA CXVI.

*Perpendicularis ejusdem trianguli Scaleni aliter inveniatur.*

CXV. TRIANGULI QPR laterum omnium trium fac quadrata in  $M$ , dein addantur invicem quadrata  $B$  &  $C$ , a producto extrahe quadratum  $A$ , residuum divide per basim  $QR$  duplicatam, quotus  $F = 4$  est punctum basis, quo cadet perpendicularis ducenda, si proinde ex 11 subtraxeris 4, remanent 7, hujus in  $G$  fac quadratum, quod sub.

subtrahi debet à quadrato A in  $P$ , ex reliquo  
duo extracta radix PU dabit quantitatem  
perpendicularis ducendæ.

$$\begin{array}{r}
 PR = 9, \quad PQ = 7 \quad QR = 11 \\
 \underline{-} \quad \underline{-} \quad \underline{-} \\
 81 \quad 49 \quad 121 = C \\
 G = 49 \quad \underline{\quad} \quad 49 = B \\
 \\ 
 P \quad A = 32 \quad f \quad s = PU \quad 170 \\
 G = 25 \quad \underline{\quad} \quad \underline{\quad} \quad 81 \\
 \underline{-} \quad \underline{-} \quad \underline{-} \\
 7 \quad 2QR = 22(89)4, F \\
 \underline{\quad} \quad \underline{\quad} \\
 \underline{\quad} \quad 88 \\
 \\ 
 G \quad 7 \quad 1 \\
 \underline{-} \quad \underline{-} \quad \cdot \\
 49
 \end{array}$$

## PROBLEMA CXVII.

*Nota perpendiculari & basi inveniatur hypotenusa trianguli rectanguli.*

**D**ati trianguli perpendicularis  $AD = 4$ , cxvi.  
fiat quadratum in  $X$ , item & basis  
 $DB$  fiat quadratum in  $Z$ , hæc duo quadra-  
ta addantur insimul, ex numero producto  
D s                  qua-

quadrata radix extrahatur  $F = 5$ , ipsa erit  
hypotenusa.

$$\begin{array}{rcl} x & & z \\ \text{AD} = 4 & & \text{DB} = 3 \\ & 4 & \\ \hline & 16 & \\ & & 9 \\ & & \hline 16 & = x \\ & & \\ & 25 & f 5 = F \\ & 25 & \\ \hline & & \end{array}$$

## PROBLEMA CXVIII.

*Nota superficie & basi trianguli  
inveniatur ejus perpendicularis.*

CXVII. **S**it dati trianguli superficies  $MO = 232$ ,  
hæc duplicetur in  $K$ , summam divide  
per latus  $NO = 20$ , quæ est basis dati tri-  
anguli, ut vides factum in  $Q$ , quotus in  $L$ .  
 $23$  est perpendicularis dati trianguli.

MO

$$MO = 232$$
$$\begin{array}{r} 232 \\ \hline \end{array}$$

$$K = \frac{232}{464}$$

$$NO = 20 \left( \frac{2}{464} \right) 23 = L$$
$$\begin{array}{r} 2 \\ 40 \\ \hline 64 \\ 60 \\ \hline 4 \end{array}$$

## PROBLEMA CXIX.

*Dati quadrati inveniatur area.*

**S**it quadratum ABCD, cuius latus quod-  
cunque, puta AB, multiplicetur in se-  
ipsum, ut vides factum in H, productum  
**F** dabit aream quadrati.

CXVIII.

$$H$$
$$AB = 8$$
$$\begin{array}{r} 8 \\ \hline \end{array}$$
$$area \quad 64 = F$$

## PROBLEMA CXX

*Dati rectanguli inveniatur  
area.*

**S**it rectangulum ADCB, cuius duo latera  
diversæ quantitatis AD = 12 & DC =

CXIX.

5,

$\frac{1}{2}$ , multiplicentur ad invicem in  $P$ , summat dat aream rectanguli in  $G$ .

$$\begin{array}{rcl} P \\ \text{AD} = 12 \\ \text{DC} = 5 \\ \hline \text{area} & 60 = G \end{array}$$

## PROBLEMA CXXI.

*Dati Rhombi inveniatur area  
vel superficies.*


cxx. **S**it Rhombus  $BADC$ , ducantur per eum duæ diagonales  $BD$  &  $AC$ , dein per dimidiam alterutram diagonalem, puta  $BD$  multiplica alteram integrum in  $K$ , productum erit area Rhombi. Par ratio est, cuius cunque si sumferis diagonalis dimidium.

$$\begin{array}{rcl} K \\ AC = 12\frac{1}{2} \\ \frac{1}{2} BD = 6 \\ \hline \text{area} & 73\frac{1}{2} \end{array}$$

## PROBLEMA CXXII.

*Rhomboidis inveniatnr area.*

cxxii. **S**it Rhomboides  $ABCD$ , ducatur diagonalis  $BD = 11$ , adde ad invicem in  $V$  diagonalem  $BD$ , latus  $AD$  & latus  $DB$  productum divide bifariam in  $F$ , quotum transfer ad  $Z$ , ex quo singillatim subtrah debet.



debet BD, AD, & AB, illa ex triplici subtractione residua tria in G ad invicem multiplicata, & summam confurgentem totalem postremum multiplicata per 12 = F, ex producto radix extracta L =  $18\frac{1}{2}$  duplicari debet, quæ duplicita constituet aream data Rhomboidis.

$$\begin{array}{ccc}
 & Z & G \\
 V & 12 & 1 \\
 BD = 11 & 11 = BD & 4 \\
 AD = 8 & \underline{\quad} & \underline{\quad} \\
 AB = 5 & 1 & 4 \\
 \underline{-} F & 12 & 7 \\
 2(24)12 & 8 = AD & \underline{\quad} \\
 \underline{\quad} & \underline{\quad} & 28 \\
 & 4 & F = 12 \\
 & 12 & \underline{\quad} \\
 & 5 : AB & 56 \\
 & \underline{-} & 28 \\
 & 7 & \underline{\quad} \\
 & & 336 \int 18\frac{1}{2} L \\
 & & \underline{1} \\
 & L & \underline{\quad} \\
 18\frac{1}{2} & 2)236 & \\
 & 224 & \\
 & \underline{-} & \\
 & 12) & \\
 & 36\frac{1}{2} & \\
 AREA & &
 \end{array}$$

# PROBLEMA CXXIII.

*Datae Trapetzoidis primæ sortis  
inveniatur area.*

**CXIII.** **S**it data Trapetzoides ABDC, cujus duo latera opposita sunt æqualia, & quidem palmroum 7, vertex autem 4 & basis 12, ideo ex vertice demittatur perpendicularis FE, cujus longitudo habetur modo sequenti: in P subtrahe verticem AD = 4 à basi BC = 12, residuum divide bifariam, ex quo autem in Q fiat quadratum, & ex alterutro latere BA fac aliud quadratum in Z, à quo subtrahe quadratum Q, ex residuo extrahe radicem in L, hæc erit æqualis: 5 &  $\frac{1}{2}$  igitur perpendicularis est FE =  $5\frac{1}{2}$ , hac inventa, adde AD ipsi basi BC, summam divide bifariam, ut vides factum in H, quotum multiplicata per FE, productum est area Trapetzoidis.

$$\begin{array}{rcl}
 P & & Z \\
 BC = 12 & & BA = 7 \\
 AD = 4 & & \\
 \hline
 - 2(8) 4 & Q & - \\
 - 8 & & \\
 \hline
 16 & & \\
 & & L \\
 & & 33 \int 5\frac{1}{2} \\
 & & \hline
 & & 2
 \end{array}$$

H

$$\begin{array}{rcl}
 H & & \\
 4 & = & AD \\
 12 & = & BC \\
 \hline
 & & \\
 2(16)8 & & \\
 16 & \frac{1}{3} & = FE \\
 \hline
 \hline
 & & \\
 -46\frac{2}{3} & & \text{est area}
 \end{array}$$

## PROBLEMA CXXIV.

*Alier quomodo potest mensurari  
hujusmodi Trapetziu[m].*

**D**ucantur duæ perpendiculares ex pun- CXXIV  
ctis A & D , hæ dividunt illud in tres  
partes , vide licet in 2. triangula æqualia **F**  
& **T** , & in Parallelogrammum **I** , hujus Pa-  
rallelogrammi latus GH = 4 multiplicare  
necessæ est per AG =  $\frac{1}{3}$  , summa in **X**  
dabit superficiem Parallelogrammi , jam  
per *problema 112.* metiri necessæ est in **Z**  
duo triangula , has tres areas in **E** simul ad-  
de , summa totalis est superficies dati tra-  
pezii.

<b>X</b>	<b>Z</b>
$AG = \frac{5}{4}$	$\frac{5}{3} = GA$
$GH = 4$	$2 = BG \frac{1}{3}$
$2\frac{3}{4}$	$1\frac{2}{3} = AGB$
$E$	$Z$
$2\frac{3}{4}$	$\frac{5}{3} = DH$
$1\frac{2}{3}$	$2 = HC \frac{1}{3}$
$1\frac{2}{3}$	$1\frac{2}{3} = DHC$
$4\frac{2}{3}$ area	

## PROBLEMA CXXV.

*Date Trapetzoidis secundæ for-  
ris area inveniatur.*

**CXXIV.** **S**it Trapetzoides BADC, cuius latus AD  $= 6$ , & BC  $= 14$ , simul addatur in Q, summam divide bifariam, quotus multiplicetur in L per AB  $= 3$ , productum est area Trapetzii. Aliter mensurari poterit, si dividatur per ductam perpendicularē DE, dein singillatim mensuretur area trianguli EDC, per problema 112. & parallelogrammi BADE altera area per prob. seq. hanc duplē aream si addideris, summa dabit aream trapetzoidis.

$$\begin{array}{rcl}
 AD & = & 6 \\
 BC & = & 14 \\
 & - & L \\
 2(20) & 10 \\
 2 & 3 & = AB \\
 & - & - \\
 & 0 & 30 \quad \text{area}
 \end{array}$$

## PROBLEMA CXXVI.

*Datæ Trapetzoidis tertiae sortis  
inveniatur area.*

**S**it Trapetzoides D A B C , cujus latus cxxv.  
**S** AD = 9 addatur in K lateri BC = 5 ,  
& productum dividatur bifariam , quotus  
multiplicatus per AB = 12 dabit aream  
trapetzoidis. Poteſt & aliter mensurari,  
ſi ex puncto C erigatur perpendicularis CE ,  
quæ dividet trapetzoidem in duas partes ,  
has per *probl. 151. & 144.* metiri ſingilla-  
tim eſt neceſſe , harum ſumma addita con-  
ſificet ſummam totius trapetzoidis.

$$\begin{array}{rcl}
 & K & \\
 9 & = AD \\
 5 & = BC \\
 & - & \\
 2(14) & 7 \\
 12 & = AB \\
 & - & \\
 84 & = \text{area} \\
 & E & \text{PRO-}
 \end{array}$$

## PROBLEMA CXXVII.

*Datæ trapetzoidis irregularis  
area inveniatur.*

CXXVI. **O**Mnis irregularis in regularem debet resolvi trapetzoidem, ut metiri possimus ejus superficiem, resolvetur autem per ductas in ea chordas & lineas; sit Trapetzium irregulare DCBAIHGFE, ex punto D ducatur perpendicularis DK ad rectam EF, dein ex punctis A & I ducantur perpendiculares AD, & IL, ad DA ducantur perpendiculares BP, & CQ, item ad IL ducantur perpendiculares HO, GN, FM, hac operatione peracta datum trapetzium est resolutum in 9 figuræ, quarum 4 sunt triangula, 2. rectangula, 3. regulatæ Trapetzoides; triangula mensuranda sunt per *prob. 151.* per cuius operationem triangulum ABP habet aream F, triangulum DQC habet aream G, triangulum DEK habet aream S, triangulum autem IOH habet aream Z. Duo autem rectangula mensurata per *prob. 144.* habent pro area primum quidem MLKF numerum U; alterum autem ADIK numerum X; his inventis areis tres regulatæ Trapetzoides mensuratæ per *prob. 125.* dabunt pro area prima trapetzoidis BPQC ipsam aream T, Trapetzium

petzium secundum ONGH aream  $T$ , ter-  
tium trapetzium NMFG aream  $O$ , quæ  $\sigma$   
areæ simul additæ conficiunt aream totius  
Trapezoidis, ut vides in  $M$

$$\begin{aligned}
 F &= 8\frac{1}{8} \\
 G &= 6 \\
 S &= \sqrt{\frac{6}{8}} : \frac{1}{2} = \frac{1}{2} \sqrt{6} \\
 Z &= 2\frac{1}{3} \\
 U &= 4\frac{3}{8} \\
 X &= 78 \\
 T &= 12\frac{1}{3} \\
 R &= 12 \\
 O &= 11\frac{6}{8} : \frac{1}{2} = 23 \\
 M &= 141\frac{1}{8} = \text{area}
 \end{aligned}$$

## PROBLEMA CXXVIII.

*Dati circuli area inveniatur, &  
eiusdem superficies.*

**U**T alicujus circuli inveniatur area, ne- **CXXVII.**  
cessé est, quatenus vel diameter, vel  
circumferentia nota sit, quia nota diametro  
innotescit circumferentia, si quippe dia-  
meter nota multiplicetur per  $3\frac{1}{7}$ , dabit cir-  
cumferentiam, quemadmodum nota cir-  
cumferentia si dividatur per  $3\frac{1}{7}$ , quotum  
dabit pro diametro. Sit igitur circulus da-  
tus BADC, cuius diameter est BD = 28,  
illa in  $H$  multiplicata per  $3\frac{1}{7}$  dat circum-

E 2 feren-

ferentiam  $S$ , si vero in  $\sqrt{r}$  dimidiam inventam circumferentiam  $S$  multiplicaverimus per dimidiam diametrum  $BD$ , productum dabit aream circuli.

Aliter mensuratur facilissime circulus, si ejusdem diameter multiplicetur in seipsum, ut factum est in  $Z$ , ex producto subtrahitur  $\frac{3}{14}$ , quod facit 168, residuum, quod supererit, dabit aream circuli.

$$\begin{array}{r}
 H \\
 28 = BD \\
 \hline
 37 \\
 \hline
 88 = S \\
 V \\
 44 = S^{\frac{1}{2}} \\
 \frac{1}{2} BD = 14 \\
 \hline
 176 \\
 44 \\
 \hline
 616 \text{ area}
 \end{array}$$

Aliter autem.

$$\begin{array}{r}
 Z \\
 BD = 28 \\
 28 \\
 \hline
 784 = BD \blacksquare \\
 168 = \frac{3}{14} \\
 \hline
 616 = \text{area}
 \end{array}$$

PRO-

## PROBLEMA CXXIX.

*Inveniatur area Rhomboidis DBAC.*

**I**N data Rhomboide ducantur diagonales **CXXXVIII.** DA & BC, hæ illam resolvent in quatuor triangula æqualia, quorum areae si per *problem. 112.* inquisieris, illæ insimul facient 30, id est, tota Rhomboidis area erit 30, palmorum quadratorum.

Aliter autem potest mensurari hujusmodi figura, si eidem circumscriperis regulatum parallelogrammum, illius area per *problem. 144.* faciet 60, divide bifariam hunc numerum, quotus videlicet 30 dat aream quæsitam.

## PROBLEMA CXXX.

*Inveniatur area Rhomboidis F.*

**D**ata Rhomboides ductis undique re-**CXXXIX.** ctis parallelis reducatur in parallelogrammum AXZB, demum illud per *probl. 144.* mensuretur, ut vides factum in H, in E autem adde ad invicem bases XC =  $1\frac{1}{2}$ , & DZ = 3 summam provenientem divide bifariam, demum per quotum 2 multipliça altitudinem ZB = 5, duorum triangulorum M & N productum K subtrahi debet in H a summa totali = 50, resi-

E 3                    duum

duum  $R = 3\frac{8}{4}$  est area datæ Rhomboidis F













$$\begin{array}{rcl} H & & \\ AB = 10 & & \\ AX = 5 & & \\ \hline K = \frac{50}{11\frac{1}{4}} & & E = \frac{1\frac{1}{2}}{3} = XC \\ R = \frac{38\frac{2}{4}}{2(4\frac{1}{2})2\frac{1}{4}} = L & & 3 = DZ \\ \hline & & \\ 5 = BZ & & \\ 2\frac{1}{2} = L & & \\ \hline 11\frac{1}{4} = K & & \end{array}$$

## PROBLEMA CXXXI.

*Inveniatur area Rhomboidis DBACE.*

cxxx. **P**Er ductas diagonales DA, & DC dividatur in tria triangula, quorum per *problema 112.* singillatim inquiratur area, simul collectæ tres illæ areæ conficient totam aream Rhomboidis datæ.

Aliter fiet hoc modo: ducantur perpendiculares, & parallelæ, quæ constituant rectangle NUME, cuius area per *problema 144.* inquiratur, & quatuor triangulorum circumpositorum area pariformiter inquiratur.



quiratur, quorum summam substrahe ab area prioris totius rectanguli, residuum dabit aream Rhomboidis.

## PROBLEMA CXXXII.

*Sit invenienda area Sylvæ K.*

**S**iquidem dimensio in ea fieri non possit cxxxii.  
ob densitatem arborum , a foris duci  
debent rectæ perpendiculares , & paralle-  
læ , & secundum *problemata* 144. mensuretur  
area rectanguli *QI*, ut vides in *s* factum ;  
demum singillatim inquirantur areæ trian-  
gulorum in *L*, summa horum sex triangu-  
lorum additur insimul , & postmodum sub-  
trahitur a summa *s*, residuum erit area in-  
veniendæ sylvæ.

## PROBLEMA CXXXIII.

*Datum Trapezium BADG  
mensuretur.*

cxxxii. **D**ucatur recta DB, ad quam ducantur perpendiculares AO = 3 & CO = 10; demum in Z singillatim mensurentur areæ horum 4 triangulorum, quorum summam adde in X, productum dabit aream Trapezii.

Z	X
BD = 8	DO = 5
$\frac{1}{2}AO = \frac{1}{2} \cdot 3 = \frac{3}{2}$	$\frac{1}{2}OC = \frac{1}{2} \cdot 10 = 5$
<hr/> $12.$	<hr/> $25.$
$\frac{1}{2}BC = \frac{1}{2} \cdot 5 = 5$	OB = 3
<hr/> $15.$	<hr/> $25$
<hr/> $area = 52$	<hr/> $15.$

## PROBLEMA CXXXIV.

*Datum Trapezium PQRFN  
mensuretur.*

cxxxiii. **D**ucatur per ipsum recta QF, ad quam ducatur altera, sed perpendicularis RO, in K multiplicetur PQ = 11 cum NF =  $10\frac{1}{2}$ , dein producto addatur PN, summa est area A, 2<sup>do</sup> dimidia OR multiplicetur per OQ, productum dabit aream B, 3<sup>to</sup> recta OF in Z multiplicetur per dimidiam EO productum, est area C, postremum hæ tres areae addantur adinvicem in V, productum dabit aream Trapezii dati.

KZ

$$\begin{array}{rcl}
 K & & Z \\
 \begin{array}{rcl}
 PQ = 11 & \frac{1}{2} OR = 4 & OF = 7 \\
 NF = 10\frac{1}{2} & OQ = 6 & \frac{1}{2} RO = 4 \\
 \hline
 110\frac{1}{2} & B = 24 & \hline
 \end{array} & & \begin{array}{rcl}
 & & 28 \\
 & & \hline
 \end{array} \\
 \hline
 & 5 & \\
 & \hline
 A = 115\frac{1}{2} & \\
 B = 24 & P \\
 C = 28 & \\
 \hline
 167\frac{1}{2} = \text{area} & 
 \end{array}$$

## PROBLEMA CXXXV.

*Datum Trapezium EDHGF  
mensuretur.*

**D**ucantur diagonales EH, & EG, illære. CXXXIV.  
solvent figuram in tria triangula, vide-  
licet in A, B, C, quorum singillatim per *pro-  
blema 151.* in M exquiratur area, ubi ulti-  
mus numerus videlicet radix est area ipsius  
**A**, in N exquiritur area trianguli B, in P  
autem exquiritur area trianguli C, demum  
in Q additæ ad invicem tres triangulorum  
areæ modo inventæ, dant sive constituunt  
aream integræ totius dati Trapezii: ED  
HGF, quæ fuit inquirenda.

E s

MN

<i>M</i>	<i>N</i>	<i>P</i>
DE = 8	EH = 10	8
DH = 8	EG = 10	10
HE = 10	HG = 8	6
<hr/>	<hr/>	<hr/>
2(26) 13 = R	2(28) 14 = X	2(24) 12 = Z
8, 8, 10.	10, 10, 8.	8, 10, 6
<hr/>	<hr/>	<hr/>
5. 5. 3.	4. 4. 6.	4. 2. 6.
5	4	4
<hr/>	<hr/>	<hr/>
25	16	8
3	6	6
<hr/>	<hr/>	<hr/>
75	96	48
13 = R	14 = X	12 = Z
<hr/>	<hr/>	<hr/>
225	384	96
75	96	48
<hr/>	<hr/>	<hr/>
975 ∫ 3 1 1/4 = A	1344 ∫ 3 6 2/3 = B	576 ∫ 24
9	9	4 K = (
<hr/>	<hr/>	<hr/>
61 (75	66 (444	44 (176
61	396	176
<hr/>	<hr/>	<hr/>
11)	48)	---
A = 3 1 1/4 = area	B = 3 6 2/3 = area	K = 24 = area

2

$$\begin{array}{rcl} B & = & 36 \frac{2}{3} \\ C & = & 24 \\ A & = & 31 \frac{1}{4} \end{array}$$

*Area dati* =  $91 \frac{11}{16}$  = *Trapezii.*

## PROBLEMA CXXXVI.

*Dati Pentagoni æquilateri men-  
ſuretur area.*

**D**atum sit Pentagonum ABCDE æqui- cxxxv.  
laterum, illius inveniatur centrum,  
quod fiet, si duxeris perpendiculares ad ba-  
ses ex quinque punctis, hæ se secabunt in  
puncto F, quod est centrum futurum pen-  
tagoni, perpendicularis igitur erit FG =  
 $\sqrt{\frac{1}{2}}$ , quo peracto quantitas unius lateris, ut  
exempli gratia, AB = 8 debet in X per nu-  
merum laterum multiplicari, productum  
dat circumferentiam, ex qua dimidium mul-  
tiplicatum in Z per perdendicularem FG =  
 $\sqrt{\frac{1}{2}}$ . dat aream totius Pentagoni.

In datis autem Pentagonis irregularibus  
debent duci Diagonales, quæ ipsa resolvent  
in quinque triangula, quorum singillatim  
calculatorum Summa totalis dabit Aream  
totius Pentagoni.

$$\begin{array}{r} x \\ 8 = AB \\ \hline \sqrt{ } \\ 2(40)20 = Z \\ \hline \sqrt{\frac{1}{2}} = GF \\ \hline 110 = area \end{array}$$

PRO.

## PROBLEMA CXXXVII.

*Sexagoni regularis inveniatur  
Area.*

CXXXVI.

**S**it datum Sexagonum AFEDCB, ad dimidia latera ducantur perpendiculares, hæ se inter secabunt in G, quod erit centrum Sexagoni, igitur quantitatem aliquujus lateris, ut  $AF = 6$ . multiplicare necessè est in H per numerum laterum, qui est 6, summa producta erit circumferentia sexagoni, quam divide per duo, & quotus multiplicatus per GH,  $5\frac{1}{2}$ , productum dabit Aream Sexagoni.

In datis autem Sexagonis irregularibus Area dividi debet ipsius Sexagoni in Triangula, quod fiet si ex Centro ad Angulos ductæ, fuerint rectæ, quia eorum additæ in simul Areæ Triangulorum conficient Aream totius Sexagoni irregularis.

$$\begin{array}{r} H \\ 6 = AF \\ 6 \\ \hline 2(36) 18 \\ 5\frac{1}{2} = GH \\ \hline 96 = area \end{array}$$

PRO.

## PROBLEMA CXXXVIII.

*Dato arcu ACB inveniatur superficies circuli, ad quem metiendum ultra AB progredi non possit.*

**R**ecta AB dividatur bifariam, & ex De. CXXXVII rigatur perpendicularis DC, in M multiplica AD per BD, productum dividatur per perpendicularem DC = 4, quoto in I addatur ipsa integra DC, summa CZ est ipsa diameter integrus totius circuli, quā inventā inquiratur per *Probl. 151. triangulum*, quod futurum sit æquale circulo toti, cuius examinata area dabit etiam aream quæsiti circuli.

$$\begin{array}{rcl} M \\ \hline AD & = & 7 \\ DB & = & 7 \\ \hline DC & = & 4(49) 12\frac{1}{2} = 1 \\ DC & = & 4 \\ \hline 16\frac{1}{2} & = & CZ \end{array}$$

PRO.

## PROBLEMA CXXXIX.

*Mensuretur figura ovalis  
ALCP.*

cxxxix

**D**iametri  $AC = 16$  quæitur circuli cuiuspiam area per *Probl. 148.* dein & aream & circumferentiam dividere necesse est bifariam, quod factò : alteram diametrum  $10 = 12$ . 3 duplicabis, ut vides factum in *Q*, & productum multiplicata per diametrum  $AC$ , ut factum est in *K* ex producto hoc extrahe radicem quadratam  $B = 19$ . 6, hæc radix erit diameter novi circuli, qui foret æqualis huic Elipsi, si foret integræ, proinde hujus æqualis circuli aream dimidiā, quemadmodum etiam circumferentiam dimidiā, adde dimidiæ areæ, & circumferentiæ *ALC*, jam supra inventæ, & hoc modo invenisti aream & circumferentiam ovalis figuræ, quandoquidem ipsa secundum superiorem suam partem *AIC* circuli est medietas, secundum autem inferiorem sui partem *CPA* representat dimidiā Elipsim, ideo fuit inquirendus medius circulus, & media elipsis.

$$\begin{array}{r}
 PO = \frac{2}{12 \cdot 3} \\
 \quad \quad \underline{\quad \quad \quad} \\
 K = \frac{24 \cdot 6}{16} = AC \\
 \quad \quad \underline{\quad \quad \quad} \\
 384 \cdot 60 \int 19 \cdot 6 = B \\
 \quad \quad \underline{\quad \quad \quad} \\
 2(284 \\
 261 \\
 \quad \quad \underline{\quad \quad \quad} \\
 23 \cdot 60 \\
 23 \cdot 16 \\
 \quad \quad \underline{\quad \quad \quad} \\
 \cdots 44) \\
 \quad \quad \underline{\quad \quad \quad}
 \end{array}$$

## PROBLEMA CXL.

*Mensuretur data Elipsis OAEC.*

**D**atæ Elipsis axis OE = 24, multipli-<sup>CXXXIX.</sup>  
cetur in B per axem CA = 18,  
ex producto extrahatur radix quadrata D  
= 20. igitur super diametrum 20 gra-  
duum, sive super hanc radicem quadratam  
D = 20, fiat circulus, illius area, & cir-  
cumferentia erit æqualis elipsis areæ, & cir-  
cumferentiæ. Circuli autem aream & cir-  
cumferentiam inquire per *problem. 148.*

A

$$\begin{array}{r}
 & \text{A} \\
 \text{OC} & = 24 \\
 \text{CA} & = 18 \\
 \hline
 & 194 \\
 & 24 \\
 \hline
 & 4 \\
 \hline
 & 4 (-32.
 \end{array}$$

## PROBLEMA CXLI.

*Inveniatur altitudo tecti, aut cooperuli cuiuscunque fabricæ.*

CXLI.

**S**it latitudo fabricæ AB, hanc divide bifariam in E, ex E ducatur perpendicularis utrinque producta XZ, ex centro E intervallo EA fiat arcus ADB, secans perpendicularē in D, centro D, intervallo DA, fiat arcus ACB, qui secabit perpendicularē superiorem in C, recta CE est altitudo tecti aut cooperuli, ideoque ductæ rectæ AC, CB, conficiant ipsum teclum.

PRO.

## PROBLEMA CXLI.

*Inveniatur diagonalis dati parallelogrammi.*

**S**it parallelogrammum HGIL, in quo cxlii. primo multiplicetur in  $X$  latus GI = 9 in seipsum, dicendo novies novem sunt 81, & latus alterum GH = 4 pariformiter in seipsum, dicendo: quater quatuor sunt 16, ut vides factum in  $Z$ , addantur insimul in B quadratum  $X = 81$ , & quadratum  $Z = 16$ , ex summa extrahatur radix quadrata, quæ erit LG, igitur diagonalis GL =  $9\frac{6}{9}$ , & hoc modo invenietur in omni figura quadrilatera diameter sive diagonalis.

$$\begin{array}{r}
 X \\
 9 = GL \\
 9 \\
 \hline
 81
 \end{array}
 \qquad
 \begin{array}{r}
 Z \\
 4 = GH \\
 4 \\
 \hline
 16
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 B \\
 81 = X \\
 16 = Z \\
 \hline
 97 \int 9\frac{6}{9} = LG
 \end{array}$$

F

PRO.

## PROBLEMA CXLIII.

*Quomodo invenitur diameter quadrati?*


**CXLII.** **S**it datum quadratum EH, cuius latus sit  $\underline{= 12}$ , illud in X debet multiplicari in seipsum, summa L  $\underline{\underline{= 144}}$  debet duplicari, ex qua summa N  $\underline{\underline{= 188}}$  extrahi debet radix quadrata EH, igitur ipsa EH  $\underline{\underline{= 17}}$  erit diagonalis dati quadrati.

$$\begin{array}{r} \mathbf{x} \\ \underline{12} \\ \underline{12} \\ \hline \mathbf{144} = \mathbf{L} \\ \underline{2} \\ \hline \mathbf{188} \sqrt{17} = \mathbf{EH} \end{array}$$

## PROBLEMA CXLIV.

*Datum parallelogrammum L  
constituatur, simulque ejus area  
mensuretur.*

**CXLIII.** **C**onstituitur rectangulum sive parallelogrammum, si datæ rectæ inæquales ad angulum rectum sibi mutuo conjungantur, & ex puncto B ducatur arcus distantiaæ AC, item ex centro C distantiaæ AB ducatur alter arcus secans priorem in puncto E, ad quod



quod punctum intersectionis ductæ rectæ  
dabunt rectangulum desideratum.

Mensuratur autem ipsius area per mul-  
tiplicationem duorum laterum inæqualium,  
ut vides factum in *M*, ubi  $BA = 5$  multi-  
plicatur per  $AC = 8$ , productum est ipsa  
area parallelogrammi.

$$\begin{array}{r} M \\ BA = 5 \\ AC = 8 \\ \hline \text{area } 40 \text{ parallelogrami} \end{array}$$



## PROBLEMA CXLV.

*Datæ pyramidis superficies inveniatur.*

**CXLV.** **S**it data pyramidis AEB, cujus basis est quadratum perfectum AD, hujus area inveniatur in X, ut factum vides, demum latus aliquod AC multiplicari debet in Z per perpendicularem pyramidis EF = 28 summam V multiplicata per numerum superficierum, & quia in data figura pyramidis sunt quatuor superficies, multiplicetur per numerum 4, jam summae K addatur quadratum lateris AC, productum dabit superficiem integrum pyramidis æquiangularis & æquisuperficialis.

X	Z	V	K
AC = 12	12 · AC	336	1344
12	28 · FE	4	□ = 144
<hr/>	<hr/>	<hr/>	<hr/>
□ = 144	336 · V	1344 = K	1536 =
		<i>Superficies Pyramidis.</i>	

## PROBLEMA CXLVI.

*Dati Cylindri superficies inveniatur.*

**CXLVI.** **S**it Cylinder A B D C, cujus altitudinem BD nota in linea BD, & in eadem linea notetur ex punto D diameter CD, distantiam BE divide bifariam in F, cum

cum distantia D F fiat circulus O , hic con-  
tinebit superficiem cylindri sine tamen ba-  
si , cuius aream metiri necesse est per pro-  
blema 128 ut vides factum in X , dein inqui-  
renda pariter est area circuli C U B N quæ  
area basis est ipsius Cylindri , ut vides fa-  
ctum in Z , hanc duplica summam pro-  
venientem , adde insimul in Q , productum  
est tota superficies Cylindri dati.

<i>X</i>	<i>Z</i>
12 = DI	6 = CD
<hr/> 3	<hr/> 3
<hr/> 36	<hr/> 18
<hr/> 1	<hr/> 1
<hr/> 37 = V	<hr/> 19
<hr/> 12 = DI	<hr/> 6 = CD
<hr/> 74	<hr/> 114 = N
<hr/> 37	<hr/> 2
<hr/> 444 = M	<hr/> 228 = K
<hr/> Q	
444	M
228	K
672	area

## PROBLEMA CXLVII.

*Dividatur circulus in 360. gradus.*

**CXLVI.** **D**atum circulum per ductas diametros divide quadrifariam in A CBD, demum ex centris A, C, B, D, intervallo AC fac arcus FG, KL, HI, MN, per quos dividitur circulus in 12. partes, harum singulam divide trifariam, & circulus erit divisus in 36. partes æquales, quarum singulam si ultrò divisoris in partes 10., totus circulus divisus erit in 360. gradus, quod fuerat postulatum.

## PROBLEMA CXLVIII.

*Dato circulo fiat æquale triangulum.*

**CXLVII.** **S**it datus circulus A B, cuius diameter dividatur septifariam, & super recta A B diametro per *problemata* 8. fiat perpendicularis infinita C B, ex qua desumatur diametri longitudi ter, & una ejusdem septimalitas, & ad centrum diametri ducta recta C D, constituet triangulum C D B æquale dato circulo.

PRO.

## PROBLEMA CXLIX.

*Datam quamcunque figuram re-  
Et ilineam necesse est copiare.*

**S**it data figura A E D C B, hanc per duas ex A diagonales in tria triangula dividere oportet, dein linea ad libitum ducata F G æquale ipsi A B, ex puncto G intervallo BC, fiat arcus in H, ex puncto F intervallo A C fiat alter arcus secans priorem in H, ex G ad H punctum videlicet intersectionis ducatur recta G H; ex puncto H intervallo CD fiat tertius arcus, ex F intervallo AD ducatur quartus qui secet priorem in I, ducaturque recta I H; postremum ex I centro intervallo D E fiat quintus arcus, ex F centro intervallo A E fiat sextus arcus, hic priorem secabit in K, ad quod punctum intersectionis ductæ rectæ binæ F K, & K I, copiabunt datam figuram in æqualitate laterum & angulorum.


# PROBLEMA CL.

*Mensuretur convexitas dati glo-  
bi.*

**CXLIX.** **S**It datus globus X, cujus diameter sit AB æqualis 9. hujus per *problema 128*, in G inquiratur circumferentia, demum in H multiplica diametrum per circumferentiam, productum S est superficies quæsita dati globi, sive area convexitatis ejusdem.

<i>G</i>	<i>H</i>
$\overline{AB} = 9$	$9 \overline{\equiv} \overline{AB}$
$\overline{3}$	$28 \overline{\equiv} \overline{L}$
$\overline{27}$	$252 = S$
$\overline{1}$	<i>Convexi- tas globi.</i>
$\overline{L = 28}$	





$$\begin{array}{r}
 \text{B} \\
 \text{BL} = 20 \\
 \text{BA} = 22 \\
 \text{AL} = 25 \\
 \hline
 \text{Summa} = 67
 \end{array}
 \quad
 \begin{array}{r}
 \text{B}(67) 33.5 = \text{H} \\
 6 \\
 \hline
 7 \\
 6 \\
 1.0 \\
 10
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 \text{G} \qquad \text{G} - \text{G} \\
 33.5. \qquad 33.5. \qquad 33.5 \\
 \hline
 \text{BL} = 20. \quad \text{BA} = 22. \quad \text{AL} = 25 \\
 \hline
 11.5 - \quad 11.5 - \quad 8.4. \\
 P = 11.5. \\
 \hline
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 57.5 \\
 115 \\
 11.5 \\
 \hline
 123.25 \\
 \hline
 85 = P \\
 661.25 \\
 10580 0 \\
 \hline
 1124.125 \\
 33.5 = Z
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 56206 25 \\
 337237 5 \\
 3372375 \\
 \hline
 3765818 75 / 194.57 = K
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 1 \\
 )276 \\
 261 \\
 \hline
 38)1558 \\
 1336 \\
 \hline
 88)22218 \\
 19425 \\
 \hline
 3890)279375 \\
 272749 \\
 \hline
 --6626
 \end{array}$$

\*\*\*

PROJ

## PROBLEMA CLI.

*Mensuretur area trianguli X  
ignota ejusdem perpendiculari.*

**U**T possit hujusmodi dimensio fieri, de- CL.  
bent latera omnia esse nota, quibus  
notis fac *primo*: tria latera nota,  
addantur ad invicem in *Z*; *secundo*: sum-  
mam productam divide per 2. in *B*; *ter-  
tio*: a quoto singillatim subtrahe tria latera  
trianguli *X*, ut vides factum in *G. G. G.*, re-  
sidua multiplicata in se ipsa, jam in *P & F*  
*quarto* summam consurgentem ex recipro-  
ca multiplicatione differentiarum multipli-  
ca *tertio* per ipsum quotum *H*, ut vides fa-  
ctum in *Z*, ex summa hujus multiplicatio-  
nis extrahe radicem quadratam in *K*, quæ  
erit area dati trianguli *X*. Hæc operatio  
est multo accuratior, quam illa, quæ fit  
mediante nota perpendiculari & basi-

$$\begin{array}{l}
 \Delta Z. \quad \Delta X. \quad \Delta Y \\
 HG = 7 \quad AB = 12. \quad RS = 12. \\
 DC = 4 \quad \frac{1}{2} QV = 5.2 \quad \frac{1}{2} MN = 7 \\
 \hline
 \text{Area } Z = 28 \quad \text{Area } X = 62.4 \quad \text{Area } Y = 85.4
 \end{array}$$

$$\begin{array}{l}
 \text{Area trianguli } Z = 28 \\
 \text{Area trianguli } X = 62.4 \\
 \text{Area trianguli } Y = 85.4
 \end{array}$$

Afcară triunghiurilor sumă, 175. 8

$$\begin{array}{r}
 C \\
 AB = 12 \\
 \hline
 12 \\
 \hline
 24 \\
 12
 \end{array}$$

$$\text{Quadratum } \overline{D} = 144 = AB^2$$

$\text{Area } X =$	$\text{Summa arearum}$	$\text{Quadratum } AB =$
62. 4	175. 8	144
-	144	
-	—	
-	7032	
-	7032	
-	1758	

$$\begin{array}{r}
 E \\
 8 \div (253152) \sqrt{405} 20 = P \\
 2496 \quad 4 \\
 \hline
 -3552 \quad 4) 05) \\
 3120 \\
 \hline
 432
 \end{array}$$

PRO

# GEOMETRICA ADDITIO <sup>ET</sup> MULTIPLICATIO.

## PROBLEMA CLII.

*Datis tribus triangulis ZXY fiat  
triangulum O omnibus tribus aequale.*

**O**peratio. Primò : Metimur areas datorum trium triangulorum (debent autem esse triangula æquilatera quod si non forent æquilatera , debent reduci) dimensionem autem trium triangulorum vides factam in A, 2dò adduntur ad invicem tres illæ areae triangulorum inventæ , quod vides factum in: B. 3tiò fiat quadratum alicujus trianguli ( ex datis ) lateris ut AU , quod est latus trianguli X , & hoc quadratum vides C. 4tò fit regula trium dicendo area trianguli X = 62. 4. habet quadratum lateris □ A U = 144 quale quadratum habebit summa arearum trium triangulorum = 175. 8? quod vides fieri in D, ideo in E, est quæsitum quadratum quod vides esse quantum ex quo extracta radix in F = 20 est latus trianguli formandi O , quod erit æquale datis tribus triangulis: Z , X , Y .


*Proba*

*Proba.* Metiaris aream trianguli: O, cuius si area fuerit æqualis immò ipsissima summæ datorum trium triangulorum area- rum bona & optima est operatio.


*Geometrica operatio* fit per Propositionem 31. Libri VI. fac igitur 1<sup>mo</sup> rectangulum P A F & supra latus: A F, duc basim A U trianguli X, & supra latus AP duc O E latus quod est trianguli Z, junge U E, si super hac recta: E U, erexeris triangulum æqui-laterum, illud erit æquale duobus trian-gulis X & Z. 2<sup>dō</sup> erige aliquam perpendi-cularem ex punto: U, & hæc erit: U B, quæ sit similis basi: M N, trianguli Y, con-junge E B, hæc æqualis est lateri L T, quæ est basis trianguli O. Igitur triangu-lum constitutum supra hanc L T, erit æ-quale tribus triangulis. 3<sup>tiō</sup> si ex E erexeris aliam perpendicularē, ex qua accipies E P, æqualem ipsi: L T, recta: P B, erit la-tus quinti trianguli, quod futurum est æ-quale datis quatuor triangulis, & ita hæc operatio potest continuari in infinitum.

PRO.


CXLII.




CXLIII.




CXLIV.




CXLV.




CXLVI.




CXLVII.




CXLVIII.





CXLIX.



CL.



CLI.



# PROBLEMA CLIII.

*Datis duobus circulis X & Z fiat  
circulus O utriusque aequalis.*

**O**peratio fit: Quære areas duorum dato- CLIII.  
rum circulorum, quod fit per Regulam  
trium dicendo in A, ut se habet diameter:  
7. ad peripheriam: 22. sic se habebit dia-  
meter dati circuli X, qui est AI: 12. ad  
quam peripheriam, igitur quotus in:  
**B** = 37. 7. est peripheria quæsita, quam  
si multiplicaveris per quartam partem dia-  
metri A I = 12. habes inventam aream  
circuli: X, quare ut vides in: **C** = 113.  
I. hæc erit area circuli, dependet à *Proposi-*  
*tione II. Libr. I 2.*

Diameter. Circumferentia. Diameter.

<b>A = 7</b>	22		<b>12 = AI</b>
-	12		
-	—		
-	44		
-	22		
-	—		
... ...	264		<b>37. 7 = B</b>
	21		<b>3 = A</b>
	—		
	54		<b>113. 1 = C</b>
	49	—	
	—	—	
	50	—	
	49	—	
	—	—	
	1	—	

**Zodem**

Eodem prorsus modō invenies aream circuli: Z ut vides in K, ubi E = 50. 2. est circumferentia circuli Z, & litera F = 200.8 est area ejusdem circuli Z, jam his duabus areis inventis continua operationem hoc modo: adde in: G has duas areas, igitur litera H = 313. 9. est additum duarum arearum circulorum: X & Z, demum fac in: I regulam trium dicendo: ut area X = 113. 1. habet se ad quadratum diametri sui □ AI = 144. ita se habebit arearum summa H = 313. 9. ad quadratum lateris venturi quod est in K = 557. 3. ex quo radix quadrata in P, est diameter circuli O, qui æqualis est duobus datis circulis videlicet circulo X, & circulo alteri: Z.

*Proba* est. Metire aream circuli: O, quæ si æqualis fuerit summæ duarum arearum circulorum videlicet X & Z, bona est operatio.

Diameter.	K	Circumferentia.	Diameter.
7.	22		16.
-	16		
-	—		
-	132		
-	22		
-	—		
-	352	50. 2 = E	
-	35	4 = PQ	
	—	—	
	—20	200. 8 = F	
	I. 4		
	—		
	-6		
	G	..	
Area Circuli : X	—	113. 1.	
Area Circuli : Z	—	200. 8.	
	—		
	313. 9.	= H	
	1		

Area Circuli X.	Arearum summa H	□ A1
113. 1	313. 9	144. 8
-	144. 8	
-	—	
-	251.12	
-	626800	
-	—	
-	63031.12	$\sqrt{557.3}   23.5.$
-	5655	4
	—	
	-6481	4(157
	5655	132
	—	
	-8261	46(2530
	7917	222 5
	—	
	-3442	205
	3397	---
	—	
	-49	G Geo.

*Geometrica est operatio*: Fac rectangulum aliquod N M R , ex cuius basi sume: N M , æqualem ipsi diametro: A I , circuli X , ex latere altero sume: M R æquale ipsi diametro: P Q quæ est diameter circuli: Z , quō peracto duc diagonalem: N R , haec est diametro circuli formandi O , igitur biseca hanc diagonalem , & ex punto sectionis fac circulum , is erit æqualis duobus circulis X & Z , quæ operatio & facilior est , & est certior operatione priori , in qua propter fractiones nunquam potest ad amissum exæquari datorum circulorum æqualitas , ut potest fieri in operatione Geometrica.

## PROBLEMA CLIV.

*Datis duobus Pentagonis Z & X fiat Pentagonum K , quod sit æquale duobus datis.*

CLIII.

*O*peratio incipit à pentagono Z supra cuius latus C A fac triangulum CO A , pari modo in pentagono X , supra latus: U M fac triangulum æquilaterum U R M , *z dō* has duas areas singillatim multiplicabis per: 5 . quod factum vides in *A* & *B* . *3tio* duas areas inventas Z & X adde simul ut vides factum in: C . *4tō* ex latere alterutro trianguli: C O A , quod est in pentagono

gono Z fac quadratum ut vides factum la-  
teris: CA in D.

$$\begin{array}{ccc} A & & B \\ \text{OE} = 5.5 & \text{NR} = 7 \\ \text{CA} = 4. & \text{URM} = 5 \\ \hline & & \\ 22.0 = \Delta \text{COA} & 35 = \Delta \text{URM} \\ 6 & & 5 \\ \hline & & \\ 11.0 = \text{Area Y} & 175 = \text{Area X} \\ C & & D \\ \text{X} = 175 & 8. = \text{AC} \\ \text{Z} = 110 & 8. \\ \hline & & \\ \text{Summa } 285 & \square = 64 = \text{CA} & \end{array}$$

G 2

Arec

## E

Area Z    Quadratum CA    Summa X&Z

110.	64.	285.
-	285.	
-	18240	
110		
---		F
-724		
660		
---		
-640		
550		
---		
-900		
8.80		
---		
-20		
--		

5tò fac regulam trium dicendo ut  
se habet area pentagoni  $Z = 110$ . ad  
quadratum sui lateris  $\square CA = 64$ . si  
se habebit summa arearum  $XZ = 285$ . ad  
q̄ adratum lateris inveniendi pentagoni ut  
vides factum in E, ubi vides in F quadra-  
tum esse : 165. 8. ejus radix est 12. 7. ut  
vides factum in LF, ergo latus pentagoni  
K erit  $LF = 12. 7$ . super quod constructum  
pentagonum erit æquale duobus datis pen-  
tagonis Z & X.

Eadem operatio est in additione *sexago-*  
*norum, septagonorum, octagonorum &c.*  
nisi quod area triangulorum multiplicatur  
per numerum laterum in septagono per :  
7. in octagono per 8. &c. Hæc operatio  
etiam fit per *Propos. 31. Libr. VI.*

*Operatio Geometrica* est ut vides in O, ubi  
constructo rectangulo: V A R, accipe Pen-  
tagoni Z latus: A C, & alterius pentago-  
ni X accipe latus: U M, junge duo pun-  
cta: M C, recta M C, est latus pentagoni  
K, futuri æqualis datis duobus pentago-  
nis: XZ, quod fit per *Propositionem* 47.  
Libri I.

## PROBLEMA CLV.

*Datum triangulum X multiplicetur per tria, si ve fiat aliud trian-  
gulum Z, quod sit triangulo dato X  
ter majus.*

CLIV. **O**peratio. Primò quæritur area trianguli  
X, ut vides factum in K, ubi B est a-  
rea, cum igitur triangulum Z ipso ter ma-  
jus fieri debeat, multiplica aream  $B = 62$ .  
 $34$ . per 3. & habes in L summam  $= 187$ .  
O2. 2dò fac quadratum ex latere BO  $= 12$ .  
ut vides in Q. 3tiò. fac regulam trium di-  
cendo: ut se habet area trianguli  $X = 62$   
 $34$ . ad quadratum sui lateris quod est  $\square$   
 $BO = 164$ . sic se habebit summa triplica-  
ta  $= 187$ . O2. ad trianguli conficiendi Z  
quadratum lateris: Q R, ut vides factum  
in

in  $P$ , numerus proinde in  $B$  est quadratum  
lateris  $Q R$ , radix autem  $G = 22.$  est latus  
ipsum  $Q R$ , trianguli  $Z$  formandi, quod ter  
est majus triangulo  $X$ .

$$\begin{array}{r}
 K \\
 AC = 10. 39 \\
 \frac{1}{2} BO = \underline{\quad} \\
 \qquad\qquad\qquad 6. \\
 \qquad\qquad\qquad \underline{\quad} \\
 \qquad\qquad\qquad 62. 34 = B \\
 \qquad\qquad\qquad \underline{\quad} \\
 \qquad\qquad\qquad 3 \\
 L 187. 02. \text{ Summa.} \\
 BO = \underline{\quad} \\
 \qquad\qquad\qquad 12 \\
 \qquad\qquad\qquad \underline{\quad} \\
 \qquad\qquad\qquad 12 \\
 \qquad\qquad\qquad \underline{\quad} \\
 \qquad\qquad\qquad 24 \\
 \qquad\qquad\qquad \underline{\quad} \\
 \qquad\qquad\qquad 14 \\
 \text{est } \underline{\quad} 164 \text{ quadratum } BO
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 P \\
 \text{Area } X \quad \square BO \quad \text{Summa triplicata.} \\
 62.34. \quad | \quad 164. \quad || \quad 187.02 \\
 - \quad | \quad 187.02 \quad || \quad B \\
 \hline
 30671.28 \quad || \quad \int 492 \quad | \quad 22. - G \\
 \qquad\qquad\qquad \underline{\quad} \\
 \qquad\qquad\qquad 4 \\
 \qquad\qquad\qquad \underline{\quad} \\
 \qquad\qquad\qquad 4(92 \\
 \qquad\qquad\qquad \underline{\quad} \\
 \qquad\qquad\qquad 8.4 \\
 \qquad\qquad\qquad \underline{\quad} \\
 \qquad\qquad\qquad - 8)
 \end{array}$$

*Geometrice* fit per Propos. 14. Libr. 2.  
 accipe infinitam: MN, in qua desume latus:  
 BO dati trianguli X, quater ut: MB:BC,  
 CE, EN ex: B erige perpendicularem  
 infinitam. MN divide bifariam in: C, ex  
 Cad: M duc arcum qui secabit perpendicularem  
 in: A, AB est latus trianguli futuri  
 ter majus datō triangulō X, quod proba-  
 tur hoc modo, adde in HBC, CE, EN,  
 multiplica summam I = 6. per MB = 12  
 & habes quadratum ut vides in Q = 432.  
 cuius radix = AB = 20. 7. est æqualis la-  
 teri: QR trianguli formandi.

$$\begin{array}{r}
 H \\
 BC = 12. \\
 CE = 12. \\
 EN = 12. \\
 \hline
 36. = I \\
 MB = 12 \\
 \hline
 \frac{72}{36} = Q \\
 \hline
 \sqrt{432} = 20.7. = AB \\
 \hline
 \begin{array}{r}
 4 \\
 \hline
 40(3200 \\
 2849 \\
 \hline
 351
 \end{array}
 \end{array}$$

Eodem

Eodem possunt modò multiplicari triangula quotcunque , dummodo observes toties accipere latus  $\equiv$  BO. quoties triangulum debet fieri majus , & semper adhuc unum superaddes , ut si triangulum X deberet fieri majus 7. accipe latus BO. octies , si debet fieri majus 10. accipe latus BO. undecies &c. Perpendicularem autem semper pone ad primum numerum & non ad secundum , vel tertium.



G ,

PRO.

## PROBLEMA CLVI.

*Datus Circulus X multiplicetur  
per 5, id est fiat alter Circulus K,  
qui priore sit quinquies major.*

CLV.

**O**peratio. Primò quæritur peripheria circuli dati X quam inventam in *P* multiplicata per quartam partem diametri: AB, productum est area circuli X, ut vides in *F*, quam aream multiplicata per :5. (ut vides in *G*) cum circulus K debeat esse quinquies major, productum est area circuli formandi K ut vides in *D*. 2dò fac regulam trium cum Archimede ut vides in *V*, ex quo Y extrahe radicem hæc est diameter MN, formandi circuli K, super quo fac circulum, & is quinquies major erit circulo X.

Dia-

Diameter	Peripheria	Diameter: AB
7	22	
-	16	
-	—	
-	132	
-	22	
	—	16.
		Peripheria X
7(352)	50.28	P
	35	— = AB $\frac{1}{4}$
	—	
.20	201.12	Area X F
1.4	5	G
—	—	
60	1005.60	D
5.6	area formandi cir-	
—	culi K	
-4)		
V	—	
II. 14 1005.60		
-	14	
—	—	
-	402240	
-	100560	Y
—	—	
-. 1407840) / 127985   35.77 = Q		
II	9	
—	—	
-30	6(379	
—	325	
-87	—	
—	70(5485	
-108	4949	
—	—	
-94	714(53600	
—	50029	
-60	—	
—	3571)	
5)	----	

P740

*Proba.* Fac Regulam trium ubi quotus in *I* est peripheria inventi circuli *K*, hanc multiplica per diametrum : *MN* = 35.  
77. productum divide per quartam partem diametri : *MN*, quotus in *H* est area, quam vides quod sit æqualis jam superius inventæ areæ in *D*, ergo bona est operatio, nil facit discrepantia decimalium, hoc provenit ex defectu continuæ extractionis radicis, ideo notandum quod super erit aliqua differentia cum extractio fuerit numeri imperfecti.



Proba

Proba

7 22. 35. 77

22.

- 7154

- 7154

-

(78694)

I  
112.42 = Peripheria K.  
35.77 = Diameter MN

8

— 78694

16

78694

— 56210

29

33726

H

14 4(40212634) 1005.3158

— 4 1005.60 = D.

..

.021

20

—  
12

12

—  
..6

4

—  
23

20

—  
34

32

—  
..2

..

PRO.

## PROBLEMA CLVII.

*Datum Sexagonum Z multiplicetur per quinque, siue fiat Sexagonum G, quod ipso sit quinquies majus.*

CLVI.

**O**peratio. Fit immo dimensio areae trianguli: OSB, quam facis hoc modo: fit quadratum lateris: OB ut vides in P, dein quadratum dimidiæ: OB ut in R, hoc subtrahē à quadrato majori ut in Q, jam ex Q extrahe radicem: SM hæc est perpendiculari par: SM, quam multiplicata per dimidiā basim: OB = 6. ut in K habes aream hujus trianguli, & cum in sexagono sunt sex similia triangula, aream trianguli: OSB multiplicata per 6. ut in R; dein productum per: 3. multiplicata, cum sexagonum: G, debeat fieri ter majus sexagono Z, productum est area futuri sexagoni G.  
**2dō.** fac regulam trium, ut se habet area sexagoni Z = 374.04. ad quadratum sui lateris □ OB = 144. sic se habet area sexagoni G = 1122.12. ad quadratum sui lateris, ex quo in O, extrahe radicem hæc erit latus: UP = 20.78. sexagoni G, quod est futurum ter majus datō sexagonō Z.

*Operatio Geometrica* fit omnibus observandis ut in Problemate præcedenti per propositionem 14. Libri Euclidis II.

OB

$$OB = 12$$

$$\frac{1}{2}OB = 6$$

$$\begin{array}{rcl} \square OB & = & 144 \dots P \\ \frac{1}{2} \square OB & = & 36 \dots R \end{array}$$

$$\begin{array}{rcl} Q \sqrt{108} & = & 10.389 \\ & I & K \end{array}$$

$$\begin{array}{rcl} 20(0800 & SM = & 10.39 \\ 609 & \frac{1}{2}OB = & 6 \end{array}$$

$$\begin{array}{rcl} 206(19100 & 62.34 \\ 16544 & Sexag. latera, 6 \dots R \end{array}$$

$$\begin{array}{rcl} 2076(255600 & 374.04 \\ -68679 & \dots U \end{array}$$

1122.12 area Sexagoni futuri G.

Area Sexagoni Z     $\square OB$     Area Sexagoni G

$$\begin{array}{rcl} 374.04 & 144 & 1122.12 \\ & \frac{144}{448848} & = OB \\ & 448848 & \\ & 112212 & O \end{array}$$

$$\begin{array}{rcl} (16158528 / 432) 20.78 \\ -119692 \quad 4 \quad (up) \end{array}$$


$$\begin{array}{rcl} \hline & 40(3200 \\ -74808 & 2849 \\ \hline & 414(35100 \\ \hline & 33184 \\ \hline & -1916 \\ \hline \end{array}$$

ME.

# METAMORPHOSIS

*Sive*

## Conversio Figurarum in Figuras.



### PROBLEMA CLVIII.


*Datum triangulum ACB mutari debet in parallelogrammum PQSR,  
cujus latus sit data: PQ.*

CLVII.


**O**peratio. Primo quære aream dati trianguli ut vides factum in A. z dō inventam aream: 30. divide per datum latus:  $PQ = 4$ . ut vides in B, quotus est latus alterum formandi parallelogrammi ut vides in: B, quæ duo latera si ad invicem multiplicaveris ut vides factum in: C, habebis aream parallelogrammi quæ erit 30. ut vides factum in: D, ex qua dele nullam per regulam multiplicationis decimalis, ideoque remanent: 30. quæ est area dati etiam trianguli: ACB, ut vidisti supra.

AC


CZII




CLIII



- CLW



614



$$\begin{array}{rcl}
 A & & C \\
 \frac{1}{2}AB = 6 & & PR = 7.5 \\
 CD = 5 & & PQ = 4 \\
 \hline
 & B & \\
 PQ = 4(30) & 7.5 = PR & D, 30.0 \\
 28 & & \\
 \hline
 & 20 & \\
 & 20 & \\
 \hline
 & & \\
 & & \\
 \end{array}$$

*Geometrice fit.* Duc utcunque angulum L, ex cuius basi accipe datum latus: PQ, pro formando paralellogrammo, ex altero latere anguli L accipe rectam: BI, quæ sit latus paralellogrammi AI, dein ex basi accipe iterum BA, quæ est basis trianguli: ACB, ex punto: A duc parallelam ad: QI, quæ secabit latus alterum anguli L, in R, recta: PR, erit alterum latus formandi parallelogrammi per *propos.*

12. Libri VI.



# PROBLEMA CLIX.

*Datum triangulum: ACB mutetur in quadratum X.*

CLVIII.

*O*peratio fiet hoc modo: ex area trianguli dati extrahatur radix, ut factum vides in Z, radix igitur in V = 5.47. est latus R O quadrati X, unde si latus R O, multiplicaveris in se ipsum habes aream æqualem areæ trianguli: A C B.

$$\begin{array}{r}
 \begin{matrix} Z & V \\ \sqrt{30) & 5.47 = RO \\ 2.5 \\ \hline 10(500 \\ 4.1.6 \\ \hline 108(8400 \\ 7.5.0.9 \\ \hline -891) \end{matrix} \\
 \cdots \cdots
 \end{array}$$

*Geometrice* fit in Z, dicitur enim quædam infinita, ex qua accipitur: A B, quæ est basis trianguli: A C B, dein B I, quod est latus paralelogrammi: A I, ex: B erige perpendicularem infinitam, rectam A I divide bifarim in: S, ex: S, fiat semicirculus qui infinitam perpendicularem secat in: F, recta perpendicularis: R F, est latus quadrati formandi, per *propos.* 14. Libri II.

II. & per propos. 13. Libri Euclidis vulgaris, Libri inquam: VI.

## PROBLEMA CLX.

*Datum triangulum: ACB mutetur in Pentagonum F.*

**O**peratio. Formetur pentagonum: M ad libitum, cuius quære aream ut vides factum in R, dein fac Regulam trium dicendo; area pentagoni M = 16. s. habet latus: A B quadratum = 9. quale habebit latus quadratum area = 30. trianguli A C B, quod vides factum in: N, ex quo extrahe radicem, habes latus pentagoni formandi: F, ut vides factum in: T S.

$$\begin{array}{r} AB = 3 \\ \frac{1}{4}MQ = 11 \\ \hline 33 \\ \hline s = R \\ \hline 16.s \\ N \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 16.s - 30 = 9 \\ - \quad \quad \quad 9 \\ - \quad \quad \quad \hline TS \\ \dots \quad (2700) \quad \quad \quad 16.36 | 4.1 \\ \hline 1050 \quad \quad \quad 16 \\ \hline 600 \quad \quad \quad 8) 136 \\ \hline 1050 \\ \hline 60) \quad \quad \quad H2 \quad Geo- \end{array}$$

*Geometricē* fit: Dūc angulum R, ex cuius basi accipe: AS, quæ sit æqualis latere: BM, quod est latus ut vides parallelogrammi: AM, æquali toti pentagono: M, ex altero latere anguli R, accipe: AI, quod est latus rectanguli: AI, item ex basi R, accipe: AB, basim trianguli: ACB, ad punctum: B, duc parallelam: KB, rectam: AK, pone in directum ad: AB, & BK, dein fiat rectangulum: MK, rectam XZ divide bifariam in: O, ex punto: O duc semicirculum, hic secabit productam infinitam: BM in: N, jam recta: NM, est latus formandi pentagoni F, per propos. 25. Libr. VI. fit hæc operatio.

## PROBLEMA CLXI.

*Datum triangulum: ACB mutetur in circulum N.*

CLX.

*Operatio.* Fac circulum ad libitum ut: K, cuius quære circumferentiam in P, dein aream in R; quam habes, si multiplicaveris inventam circumferentiam per quartam partem diametri: AB = 6. inventam aream pone in Regulam trium dicendo: area circuli K = 28. 20. habet quadratum diametri: AB = 36. quale quadratum diametri habebit area circuli formandi: N, cuius area sit: 30? quo peracto

Cto extrahe radicem; radix est diameter circuli formandi N, ut vides factam operationem in: S.

K.

$$\begin{array}{r}
 7 \quad \underline{2} \quad 2 \quad \underline{6} \\
 - \quad \quad \quad 6 \\
 - \quad \quad \quad \underline{\rule{0.5cm}{0.4pt}} \\
 - \quad (157) \quad 18. \quad 8 = P \\
 - \quad \underline{62} \quad . \quad 1. \quad 5 = AB \frac{1}{2} \\
 \hline
 60 \quad 28, \quad 20 = R
 \end{array}$$

—

$$\begin{array}{r}
 28. \quad 20 \quad 30 \quad 36 = AB \square \\
 - \quad \quad \quad 36 \\
 - \quad \quad \quad \underline{\rule{0.5cm}{0.4pt}} \\
 - \quad (1080 \quad \int \quad 38. \quad 29(6. \quad 16 = QG \\
 - \quad 23400 \quad 12(2. \quad 29 \\
 \hline
 - \quad 8400 \quad \quad \quad 1. \quad 21 \\
 \hline
 - \quad 27600 \quad \quad \quad 124(10800 \\
 \hline
 - \quad 2220 \quad \quad \quad \quad \quad 6125 \\
 \hline
 \quad \quad \quad \quad \quad 4675.
 \end{array}$$

H 3

Geo:

*Geometrice* sit faciendo rectangulum X,  
cujus latus unum sit : AG, quæ est dia-  
meter circuli ficti : K, aliud autem latus sit :  
AC, quæ sunt partes undecim diametri:  
AB, divisiæ in partes 14. dein ad altitudi-  
nem : FG, jam fuit factum superius re-  
ctangulum GR =  $\triangle$  ACB, in figura  
superiori, ideoque per *propof.* 14. Libri  
II. & per *propof.* 13. Libr. VI. invenitur me-  
dia proportionalis : FX, quæ est dia-  
meter formandi circuli N, qui futurus est  
æqualis dato triangulo ACB, ideo factum  
est quod faciendum fuerat.



PRO-

## PROBLEMA CLXII.

*Datum triangulum: ACB mutetur in figuram irregulararem Z.*

**O**peratio. Fac quampiam figuram irregularem ad libitum ut est X, hanc in triangula divisam metiaris, singulorum triangulorum areas inquirendo, harum sumam si simul addideris (ut vides factum in G) erit 18. 57. quare totius trapetzoidis area est 18. 57.

CLXI.

$$AC = 3.7$$

$$BS = 1$$

$$\frac{2(3.7) 1.85}{2} = ABC$$

$$EA = 6.5$$

$$XC = 2.5$$

$$\frac{2(1625) 8.12}{2} = ACE$$

...

$$EA = 6.5$$

$$FR = 1.8$$

$$520$$

$$65$$

$$\frac{2(1170)}{2} 5.75 = FME$$

...

$$EF = 5$$

$$OM = 1.1$$

$$\frac{2(5.5) 2.75}{2} = FME$$

$$\frac{18.57}{4} = G$$

$$H_4$$

Jam

Jam fac regulam trium dicendo:  
 area tota trapetzoidis  $X$ , 18. 57. ha-  
 bet quadratum lateris:  $E C = 19. 36.$   
 quale habebit quadratum lateris baseos, a-  
 rea 30? ex cuius quoto si extraxeris radi-  
 cem, illa erit basis trapetzoidis formandæ:  $Z$ .

$G$	$\Delta$	$\square EC$
18.57	30.	19.36
-	19.36	
-	<hr/>	$K$
	.. (58080 / 312215.5 = EC	
	<hr/>	5571
	<hr/>	- 2270
	<hr/>	1.857
	<hr/>	- 4130
	<hr/>	3.714
	<hr/>	4160
	<hr/>	----

Cum igitur basis trapetzoidis formandæ  $Z$  basis (ut vides factum in  $K$ ) sit  $EC = 5.$   
 $5.$  facili negotio invenies etiam alia latera  
 per regulas trium successive dicendo sem-  
 per: basis trapetzoidis  $X = 4. 4.$  habet dia-  
 gonalem:  $EA = 6. 5.$  qualem habebit dia-  
 gonalem basis  $EC = 5. 5.$  trapetzoidis for-  
 mandæ  $Z$ , quæ cum sit (ut vides in  $N$ ) 8. 1.

ex puncto E fit arcus distantiae sumptae in  
scala: 8. i.

$$\begin{array}{r}
 44 - 5.5 - 6.5 = EA \\
 - \qquad \qquad \qquad \underline{\underline{5.5}} \\
 - \qquad \qquad \qquad \underline{\underline{325}} \\
 - \qquad \qquad \qquad \underline{\underline{325}} \\
 - \qquad \qquad \qquad \underline{\underline{\qquad\qquad\qquad}} \quad N \\
 - \cdots \cdots \cdots (3575)8.1 = EA
 \end{array}$$

*Dein fit secunda regula trium dicendo; basis trapezoidis X, habet diagonalem: CA = 37. qualem habebit basis trapezoidis formandæ Z, quæ cum sit (ut videtis in M) 4. 6. ex puncto: C alter arcus: CA, cuius distantia sit 4. 6. hic secat priorem arcum in: A, ad hoc punctum ducantur duæ diagonales, EA, CA.*

$$\begin{array}{r}
 4.4 - 5.5 - 3.7 = CA \\
 - \qquad \qquad \qquad 5.5 \\
 \hline
 - \qquad \qquad \qquad 185 \\
 - \qquad \qquad \qquad 185 \\
 \hline
 \dots \quad (2035 \int 4.6 CA
 \end{array}$$

## H 5 Fit

Fit *tertia regula trium* dicendo: basis: 4.4.  
trapetzoidis X habet latus E B = 2. 3. qua,  
le habet latus basis: 5. 5. trapetzoidis for-  
mandæ Z, quam vides inventam in R, quod  
sit E B : 2. 8. duc proinde ex puncto: C ar-  
cum cuius distantia sit: 2. 8.

4.4 --- 5.5 --- 2.7 = CB  
 -                        5.5  
 -                        R  
 - - - - - (1265) 2.8 = CB  
 - - - -

*Dein fit quarta regula trium dicendo: basis: 4.4. trapezoidis X habet latus BA = 1.7. quale latus habebit basis: 5.5. trapezoidis Z, quod (ut vides in P) cum sit: 2.1. sit ex puncto A, arcus = 2.1. qui priorem secat in: B, ad quod ducantur rectæ: AB, BC, & hoc modo continuatur operatio ut vides factum in subsequentibus Regulis trium, ubi vides inventa latera AF = 3. FM = 3.2. ME = 3.3. quæ quidem operatio licet sit longa, est tamen pulcherrima & certissima, nimiumque delectans.*

4.4 --- 5.5 --- 1.7 = AB  
-                5.5  
-                      P  
- - - - - (935) 2.1 = AB  
- - - - -

4.4 --- 5.5 --- 5 = EF  
-                5.5  
-                       
- - - - - (275) 6.2. = EF  
- - - - -

4.4 --- 5.5 --- 2.4 = AF  
-                5.5  
-                       
- - - - - (1320) 3 = AF  
- - - - -

4.4 --- 5.5 --- 26 = FM  
-                5.5  
-                       
- - - - - (1430) 3.2 = FM  
- 110  
- - - - -

4.4 --- 5.5 --- 2.7 = ME  
-                5.5  
-                       
- - - - - (1485) 3.3 = ME  
- 165  
- - - - -

Geo-

*Geometrice* fit hoc modo:  $\text{im}\ddot{\text{o}}$  fit trapezoides ad libitum ut vides numero  $\text{im}\ddot{\text{o}}$  quod divide in triangula per diagonales, ut vides factum in numero 1. ubi sunt 4. triangula,  $mlk$ ,  $nku$ ,  $num$ ,  $usm$ , jam ad rectam  $um$ , duc parallelam:  $si$ , junge:  $ui$ , habes duo triangula:  $usm$ ,  $uim$ , inter se æqualia per *propos.* 38. Lib. I. cum sint inter duas parallelas, igitur triangulum  $uim$  est  $= usm$ . Item quia etiam  $kln$ ,  $kin$ , sunt æquales per *propos.* 38. Libr. I.  $\Delta kin$ , est  $= kln$ , igitur figura  $ikui$ , est  $= nlkum$ , dein ad  $ki$ , ducatur parallela:  $ua$ , & diagonalis  $ka$ , triangula:  $kui$ , &  $ka$  sunt etiam æqualia per *propos.* 38. Libr. I. quare si in locum  $kon$  accipiatur æquale  $ioa$ , erit  $\Delta ika =$  figura:  $ikui$ , cui triangulo fac æquale parallelogramma  $Ic$ , quod fit accipiendo medianam perpendiculararem R.K.

Quo peracto fit rectangulum triangulo  $IKa$  æquale & quidem hoc modo; in figura  $Z$  fac angulum ad libitum, ex basi sume:  $NM =$  basi trapezoidis datæ, ex altero latere sume  $aI = aI$  duc rectam  $Im$ , item ex basi sume:  $ne = ae$ , ad punctum  $e$ , duc parallelam ad  $Im$ ,  $ao$ , erit altitudo rectanguli formandi, cuius basis erit basis:  $nm$ , igitur rectangulum  $obm$ ,  $n =$  triangu-

angulo IK $\alpha$ , dein ad altitudinem : o $\alpha$ ,  
in continuo fiat aliud rectangulum æquale  
triangulo dato: acb, quod fit per nume-  
rum 4. ubi latus BG erit latus alterum re-  
ctanguli formandi: mg, & producta: mb  
in infinitum, ex puncto: o, duc arcum  
hic secabit productum in: t, recta: mt,  
est basis formandæ trapetzoidis ut vides in  
F, dein fiunt regulæ trium Geometricæ  
hoc modo, ut vides in numero 6. ex basi  
sume mn, dein ex latere sume inventam  
basim: mt, ductaque recta tn; sume  
ex basi iterum: mu, quæ est diagonalis tra-  
petzoidis fictæ, ex: u, ad: nt, fit parallela &  
us, erit diagonalis formandæ trapetzoidis  
F, dein numero 7. ex basi sume: mn, &  
ex latere sume mt, item ex basi sume:  
mu, quæ est diagonalis fictæ trapetzoidis  
& ex punto: u, fit parallela ad priorem,  
recta: mx, est diagonalis formandæ tra-  
petzoidis F, & ita continuatur progres-  
sio sive operatio exquirendorum  
laterum



PAR.

# PARTITIO

*Secu*

## Divisio Superficierum.

### PROBLEMA CLXIII.

*Inter Fabii tres hæredes debet dividiri campus triangularis ACB trifariam.*

**CLXII.** Potest hoc triangulum dividiri simpliciter, & quidem facillime per *propositionem* primam Libri Sexti, dividendo basim AB in tres æquales partes, ex quibus ducantur rectæ ad C, habes triangulum divisum in tres æquales partes.

Potest autem & alio modo dividiri, hoc quidem modo : latus AC divides in tres partes, ut & latus CB, quod notant in figura puncta illa majora, dein multiplicatotam CB = 16 per  $\frac{1}{3}$  CB = 5.3, ex quo extrahe radicem Ce = 9.2, quod vides factum in A, accipe jam in latere trianguli BC = 9.2, punctum e est, per quod ducatur parallelæ ad AB. Fiat *secunda operatio*, videlicet : multiplicatotam CB = 16 per  $\frac{2}{3}$  CB = 10.6, & ex producto extrahe radicem Co = 13, quod vides

vides factum in *R*, accipe jam ex latere BC  
 trianguli dati: 13. punctum *o* est, per quod  
 transibit alia parallela ad basim AB.

<i>A</i>	<i>R</i>
$CB \equiv 16$	$CB \equiv 16$
$\frac{1}{3}CB \equiv 5.3$	$\frac{2}{3}CB \equiv 10.6$
<hr/> $48$ <hr/>	<hr/> $96$ <hr/>
$80$ <hr/>	$160$ <hr/>
$84.8 \sqrt[3]{9.2} : Ce$ $81$ <hr/>	$169.6 \sqrt[3]{13}$ $1$ <hr/> <i>Cos</i>
$18(3.80)$ <hr/>	$4(69$ $69$ <hr/>
$16)$ --	$60)$ --

*Fiat*

*Fiat tercia operatio:* Latus totum AC = 28 multiplica etiam per  $\frac{1}{3}$  AC = 9.3, ex producto extrahe radicem Cn = 16.1, ut vides factum in G, accipe jam ex trianguli latere AC = 16.1 punctum n est, ex quo ducta linea ad punctum inventum e erit parallela ad AB.

*Fiat quarta operatio:* Totam AC = 28 multiplicat pariformiter per  $\frac{2}{3}$  AC = 18.6, ex producto extrahe radicem: Cm = 22.8, ut vides factum in F; jam ex latere AC accipe: 22.8, punctum: m est per quod ducta linea ad inventum punctum c erit parallela ad AB.

<i>G</i>	<i>F</i>
AC = 28	AC = 28
$\frac{1}{3}AC = 9.3$	$\frac{2}{3}AC = 18.6$
<hr/>	<hr/>
84	1488
<hr/>	<hr/>
252	372
<hr/>	<hr/>
260.4 / 16.1 = Cn	520.8 / 22.8
1	4 = Cm)
<hr/>	<hr/>
1(160	4(120
<hr/>	<hr/>
32(440	44(3608
321	96
<hr/>	..
119.	
---	

Igi-

Igitur datum triangulum ACB divisisti  
in tres partes , triangulum enim *n Ce*, &  
duæ trapetzoides: *m ne o*, *An o B* sunt in-  
ter se æquales , per *Prop. 2. L. 6.*

*Proba* hujus fit hoc modo: Areas præ-  
dictarum trium partium metire singillatim,  
& videbis singulas inter se fore æquales , &  
simul sumptæ tres areæ , erunt etiam æqua-  
les toti areæ figuræ, sive trianguli totius  
ACB, quod ut facere possis , *primo* debes  
scire , quanta sit : *ne. mo.* *Secundo*: quo  
cadat perpendicularis Cu in basi AB. *Ter-*  
*tio* quantæ sint tres perpendiculares singil-  
latim : Cu. Cs Cr. *Quarto*: quantæ sint  
*nr. ms.* *Quinto*: debes invenire medias  
proportionales *hk* , & *yt* , inter : *ne* , & *mo* ;  
item inter : *no* , & AB ; quibus factis , &  
inventis sequitur operatio , ut infra.

Quare ad' inveniendum primum fit regula  
 trium hoc modo : sic se habet AC = 28  
 ad AB = 33 , ut se habet Cm = 22.8 ad  
~~mo~~ , facta operatione quotus est quaesita:  
~~mo~~ = 26.8 , ut factum vides in H.

<i>H</i>			
AC	---	AB	---
28	---	33	---
-		22.8	
-		<hr/>	
-	- - -	(752.4) 26.8	= mo
		<hr/>	
		192	
		<hr/>	
		244	
		<hr/>	
		200	
		<hr/>	
		4)	
		<hr/>	
		--	

Item fac *sextam operationem*, dicendo:  
ut se habet CA = 28 ad AB = 33, sic  
se habet Cn = 16.1 ad ne, facta opera-  
tione quotus est: ne = 18.17, ut vides  
factum in L

*L*

$$\begin{array}{rccc} AC & --- & AB & --- \\ 28 & & 33 & \\ - & & 16.1 & \\ - & & \hline & \\ \dots & (531.3) & 18.17 & = ne \\ \hline & 251 & & \\ \hline & 273 & & \\ \hline & 210 & & \\ \hline & 14) & & \\ & & & \dots \end{array}$$

Ad secundum satisfacies hoc modo: fac  
*septimam operationem*, dicendo: ut se ha-  
bet  $AB = 33$  ad  $AC = 28$ , & plus  $CB =$   
 $16$ , quod simul additum facit  $AC + CB =$   
 $44$ , sic se habet  $AC = 28$  minus  $CB = 16$ ,  
id est  $CB = 16$  subtrahe ex  $AB = 28$ ,  
remanebunt tibi:  $12$ , & hoc significat:  
 $AC \div CB = 12$  ad quartam  $Ai$ ; facta  
operatione, quotus est:  $Ai = 16$ , ut vi-  
des factum in  $X$ ; igitur jam in linea basis:  
 $AB$  accipe  $Ai$ ; dein per *operationem octa-*  
*vam* subtrahe  $Ai = 16$  ab  $AB = 33$ , re-  
manet  $iB = 17$ , quam divide in duas  
partes, quotus erit:  $iu = 8.5$ , accipe jam  
in basi  $iu$ , ad:  $u$ : duc rectam  $Cu$ , hæc e-  
rit perpendicularis quæsita, & cum  $iu = 8.5$   
sit medietas totius  $iB = 17$ , etiam  $uB = 8.5$ ,  
videlicet cum sit altera medietas prædictæ  
 $iB = 17$ , quod totum vides factum in  $Z$ .

**X AB**

**X**

$$AB - AC \pm BC = AC \div BC = Ax$$

$$33 - 44 = 12$$

$$\underline{-} \quad \underline{12}$$

$$\underline{\underline{-}}$$

$$\dots \dots (528) 16 = Ax$$

$$\underline{-98}$$

$$98$$

$$\underline{\underline{-}}$$

$$\dots$$

**Z**

$$AB = 33$$

$$Ax = 16$$

$$IB = 2(17) 8.5 = | \begin{matrix} 16 \\ 10 \end{matrix} |_{nB}$$

$$\underline{\underline{-}}$$

$$\dots$$

Tertium invenies hoc modo, & quidem  
 primo: perpendicularem Cu. fac quadratum  
 lateris  $\text{uB} = 8.5$ , &  $cB = 16$ , igitur  
 quadratum per operationem 9. lateris  $\text{uB} \square = 72.25$ , & lateris  $cB \square = 256$ , ut vides  
 factum in K, cum autem per Propos. 47.  
**Libri 1.** in triangulo rectangulo quadratum  
 lateris  $cB$  sit æquale quadratis laterum Cu,  
 $\text{uB}$ , subtrahe ex quadrato modo invento  
 $cB \square = 256$ , quadratum lateris minoris et-  
 iam inventi  $\square \text{uB} = 72.25$ , remanens est  
 quadratum lateris Cu, ut vides factum in  
 S, jam ex quadrato  $\square Cu = 183.75$ , ex-  
 trahe radicem, ut vides factum in Q, ra-  
 dix  $Cu = 13.5$  est perpendicularis quaesita  
 Cu. Jam autem si per  $\frac{1}{2}$  basim  $AB = 16.5$   
 multiplicaveris integrum perpendicularem  
 $Cu = 13.5$ , habes aream totius trianguli:  
 ACB, quæ igitur est  $ACB = 222.75$ , ut vi-  
 des factum in P.

$$\begin{array}{rcl}
 & K & \\
 \begin{array}{r} \text{uB} = 8.5 \\ \text{uB} = 8.5 \end{array} & \begin{array}{r} cB = 16 \\ cB = 16 \end{array} & \\
 \hline
 & 425 & 96 \\
 & 680 & 16 \\
 \hline
 \square \text{uB} = 72.25 & \hline & 256 + cB \square
 \end{array}$$

s  $\square cB$

*S*

$$\square cB = 256$$

$$\square uB = 72.25$$

$$\square sC = 183.75$$

*Q*

$$\square sC = 183.75 \int 13.5 = C.$$

I

$$\overline{2(83)} \\ 69$$

$$\overline{26(1475)}$$

$$\overline{1325}$$

$$\overline{150}$$

---

*P*

$$16.5 = AB \frac{1}{2}$$

$$13.5 = uC.$$

$$\overline{825}$$

$$\overline{495}$$

$$\overline{165}$$

$$\Delta C B = 222.75 + \text{Area}$$

Ut autem possis invenire etiam perpendiculares reliquas duas  $C_r$ , &  $C_s$ , debes  $C_{nr}$ , &  $C_{ms}$  considerare ut duo triangula, dein debes querere quanta sit  $nr$ , &  $ms$ , quod hoc modo invenies, fac per *operationem decimam* regulam trium dicendo: sic se habet  $CA = 28$ . ad  $Au = 24.5$ . ut se habet  $Cm = 22.8$ , ad quartam proportionalem  $Cs$ , facta operatione habes  $ms = 19.95$  quod scriptum vides in figura inter duas parallelas  $mo$ ,  $AB$ , igitur numerus superior:  $26.95$ . significant totam:  $mfo$ , inferior autem numerus:  $19.95$  significat tantum  $ms$ , *dein alteram regulam trium dicendo fac*: sic se habet  $AC = 28$ . ad  $Au = 24.5$  ut se habet  $Cn = 16.1$ , ad quartam proportionalem  $nr$ , facta operatione, quotus est  $nr = 14.08$ , quod scriptum vides in figura inter duas parallelas:  $ne, om$ , igitur numerus superior  $18.97$  significat totam rectam  $nr$ , inferior autem  $14.08$  significat solum:  $nr$ ; quod totum vides factum in  $O$ .

O

CA --- An --- Cm --- ms

28 --- 24.5 --- 22.8.

- 22.8

-           

--- (558.60) 19.95 = ms

            
278

266

140

140

---

CA --- An --- Cn --- m

28 --- 24.5 --- 16.1

- 16.1

-           

--- (394.45) 14.08 = m

114

- 245

224

- 21)

Proinde ut perpendicularem  $C_s$  reperias,  
 fac quadratum  $Cm \square = 519.84$ , & qua-  
 dratum  $ms \square = 398.0025$ . ut vides fa-  
 ctum in  $T$ . Jam ex quadrato Hypothenu-  
 sæ:  $Cm$ , subtrahe quadratum lateris  $ms \square$   
 $= 398.0025$ . residuum est quadratum  
 lateris :  $C_s$ , ex quo quadrato extracta ra-  
 dius, ut vides in  $F$  est perpendicularis  $C$   
 $s = 11.09$ .

$T$

$$\begin{array}{rcl}
 Cm = 22.8 & ms = 19.95 \\
 Cm = 22.8 & ms = 19.95 \\
 \hline
 1824 & 398.0025 = ms \square \\
 456 \\
 456 \\
 \hline
 519.84 = Cm \square
 \end{array}$$

$F$

$$\begin{array}{l}
 \square Cm = 519.84 \\
 \square ms = 398.0025 \\
 \square C_s = 121.8375 \sqrt{11.09} = C_s
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 1 \\
 \overline{2(21)} \\
 21 \\
 \hline
 22(8375) \\
 941 \\
 \hline
 1434
 \end{array}$$

Fac

Fac demum etiam quadratum lateris □  
 $Cn = 258.21$ , & quadratum lateris: □  
 $nr = 196$ . subtrahe quadratum lateris :  
 ex quadrato Hypotenuse  $Cn \square =$   
 $258.21$ . residuum est quadratum lateris  $Cr$ ,  
 ex quo extracta radix ut vides in  $T$  est  
 perpendicularis  $Cr = 789$ .

### T

$\square Cn = 258.21$ $196$ <hr/> $\square Cr = 62.21 \sqrt{7.89} = Cr$ $49$ <hr/> $14(1321$ $1164$ <hr/> $156(15700$ $141.21$ <hr/> $-1579$ $.....$	$Cn = 16.1$ $Cn \times 16.1$ <hr/> $966$ <hr/> $161$ <hr/> $258.21 = Cn \square$ <hr/> $nr = 14$ $nr = 14$ <hr/> $56$ <hr/> $14$ <hr/> $196 = nr \square$
---	--

In.

Inventis igitur his tribus perpendicula-  
ribus:  $C_u = 13.5$ .  $C_s = 11.09$ .  $C_r$   
 $= 7.89$ , quære aream trianguli:  $n Ce$ ,  
videlicet multiplicando totam perpendicu-  
larem:  $C_r = 7.89$ , per medium basim  $\frac{1}{2}$   
 $n_r = 9.48$ , ut vides factum in  $M$ , sum-  
ma est area quæsita,  $n Ce = 74.79.72$ .

### *M*

$$C_r = 7.89$$

---

$$n_r = 9.48$$

---

$$\text{Area trianguli } 74.7972 = nce.$$

Ut autem aream Trapetzoidis:  $mneo$   
metiaris, quære medium proportionalem  
inter  $ne = 18.97$ , &  $mo = 26.8$ , quam  
hoc modo invenies:  $ne = 18.97$ . &  $mo = 26.$   
 $8$ , adde insimul provenientem summam  
 $= 45.77$ . divide per  $2$ , quotus  $hk = 22.$   
 $88$ , est media proportionalis inter integrum  
 $ne$ , &  $mo$ , ut vides in figura Geometrica,  
jam hanc medium proportionalem  $hk = 22.$   
 $88$ . multiplica per  $rs = 3.2$ . quod vides  
factum in  $N$ . Summa est area Trapetzoidis:  
 $mneo = 73.216$ . Hoc modo etiam inve-  
nies aream Trapetzoidis:  $A mo B$ , videlicet  
addis simul  $mo = 26.8$ , &  $A B = 33.$   
summam dividis per  $2$ , quotus est  $yt$ , me-  
dia est proportionalis quæsita, nt vides in  
figura Geometrica, jam hanc medium pro-  
portio-

portionalem  $y_t = 29.9$ . multiplica per  
 $us = 2.41$ . summa est area:  $A_m o B = 720$   
 §9.

<i>N</i>	<i>B</i>
$m_e = 18.97$	$11.09 = Cs$
$m_o = 26.8$	$.789 = Cr$
—	—
$2(45.77) 22.88 = bk$	$3.20 = rs.$
—	$3.2 = rs$
$\overline{5}$	—
—	$4576$
$\overline{17}$	—
—	$6864$
$\overline{17}$	—
—	$73.216 = Area mne o$
$\overline{1}$	

<i>R</i>
$m_o = 26.8$
$AB = 33.$
—
$2(59.8) 29.9 = yt$
—
$24.1 = us$
$\overline{19.}$
$18 \quad 299$
—
$1196$
$\overline{18} \quad 598$
—
$-- 72.059 \quad Area: A_m o B$

Inve.


Invenisti autem  $rs = 3.2$ , &  $us = 2.$   
41. si ex perpendiculari  $Cs = 11.09$ . sub-  
trahes perpendicularē  $Cr = 7.89$ . resi-  
duum est  $rs = 3.2$ , quæsita, & si ex per-  
pendiculari  $Cu = 13.8$ , subtraxeris per-  
pendicularē  $Co = 11.09$ , residuum est  
 $us = 2.41$  quæsita, ut vides factum in *B*  
& *R*.

## PROBLEMA CLXIV

*Eadem operatio peragatur Geo-  
metrice.*

CLXIII. **D**ati trianguli  $A$   $CB$  latera  $AC$ ,  $CB$  divide in tres partes æquales videli-  
cet  $AC$ : in  $f$  &  $h$ ,  $CB$  in  $i$   $K$ , ex punctis:  
 $f$ ,  $h$ ,  $i$   $K$ , fiant perpendicularē, ducatur-  
que arcus:  $AGHC$ , & alter  $CPRB$ , hi-  
secabunt perpendicularē in:  $G$ ,  $H$ ,  $PR$ ,  
jam ducantur diagonales  $Ge$ ,  $HC$ ,  $CP$ ,  $CR$ .  
dein ex centro  $C$ , intervallis:  $cS$ ,  $cH$ ,  
 $cP$ ,  $cR$ , fiant arcus, hisecabunt rectam  $AC$   
in:  $m$ , &  $n$ , rectam autem  $CB$  in:  $eo$ , ad  
quæ puncta ductæ rectæ divident datum  
triangulum in tres partes æquales. Hujus  
operationis veritas dependet à Corollario  
*Prop. 8. Lib. VI.*

*Probatur* quod datum triangulum sit in  
tres partes æquales divisum: resolve trian-  
gulum:  $\#Ce$ , in æquale rectangulum:  $\#g$ ,  
&



& A *mo*B, *mnes*, trapetzoidis in æqualia  
rectangula V E, O c, fient autem ex trape-  
tzoidibus hoc modo rectangula : *imò* in-  
ter: *ne*, *mo*, quære medium proportiona-  
lem per prop. 14. Lib. II. & invenies *b k*,  
*yt*, hæ tangent latera : A *m* in: *y*, *mn*, in:  
*b*, *eo*, in *k*, *oB* in *t*, jam ad: *y*, *b*, *k*, *t*,  
duc perpendiculares, ad quas producito la-  
tera: *ne*, *mo*, fecisti rectangulum ; ex his  
tribus rectangulis fac tria quadrata , per  
inventionem videlicet trium mediarum pro-  
portionalium uti rectangulo *n g*, per F,  
rectangulo *ve* per T, rectangulo *co* per I,  
jam cum latera horum trium futurorum  
quadratorum sint: *cX*, *vX*, *zX*, & inter  
se sint æqualia, sequitur quod etiam rectan-  
gula sint inter se æqualia futura.



PRO.

## PROBLEMA CLXV

*Datum triangulum AOB manente eadem area reducatur ad triangulum XEB, cuius altitudo sint 16.*

**CLXIV.** *Operatio Arithmeticæ.* Quære aream dati trianguli A o B, quam invenis in G, igitur hanc aream trianguli:  $AoB = 108$ , divide per illam altitudinem, ad quam intentionaris reducere triangulum, ut hic ad 16, igitur divide summam trianguli:  $AoB = 108$ . per medietatem datæ altitudinis EB = 16. proinde  $\frac{1}{2}EB = 8$  quotus dat basim formandi trianguli ut factum vides in  $AXB = 13$ . s igitur est basis formandi trianguli XCB.

*G*

$$AB = 18$$

$$\frac{1}{2}ro = 6$$

—

$$\frac{1}{2}EB = 8(108) = 13.5 \times XB$$

—

$$108 = AoB$$

*A*

$$\text{Area } AoB$$

.8

28

24

—40

40

..

Cum

Cum autem divisionis summam : 108.  
per medium  $\frac{1}{2}CB = 8$ . ratio est : quia  
cum altitudo trianguli formandi sint 16,  
proinde etiam perpendicularis trianguli  
formandi erunt 16. Regula autem est, quod  
si basim invenire velis trianguli, aream  
ipsius debes dividere per medium diamete-  
trum sive altitudinem, & quotus erit basis,  
si autem altitudinem, vel diametrum trian-  
guli rescire cupis, divide aream per me-  
diam basim, & quotus erit altitudo, sive  
diameter.

*Geometrice* autem sic in figura M, datur  
tibi triangulum BOA, cum igitur hoc tri-  
angulum producere velis ad altitudinem  
datam 16. ad rectam BA in data alti-  
tudine : 16. duc parallelam aliquam : S  
ER, latus BO produc in parallelam, hæc  
illam secabit in punto: E, ex E ad A duc  
rectam: EA, ex punto: O duc paralle-  
lam ad EA, hæc erit OX, junge EX,  
triangulum: BEX, erit triangulum quæ-  
situm; quod probatur per *propof. 38. Lib. I.*  
Cum enim triangula: OEX, & OA X  
sint inter duas parallelas: EA, OX, sunt  
æqualia, & oix est pars communis, igitur  
partes: iax, oie, sunt etiam æquales,  
proinde triangulum: BEX est æquale tri-  
angulo BOA, futurum.

## PROBLEMA CLXVI.

*Triangulum CMN reducatur  
ad triangulum: COX, quod habet  
altitudinem tantum = 14. manente  
priori area.*

**CLXV.** *O*peratio *Arithmetica* imò Aream trianguli CMN = 144. quam invenisti in *Z*, divide per dimidiam altitudinem, ad quamvis reducere triangulum, cum igitur hic data sit altitudo: 14. medietas est: 7. proinde divide: 144 per 7, ut factum vides in *V*, proinde quotus *Cx.* = 20, 5, erit basis trianguli formandi *Cox*.

<i>Z</i>	<i>V</i>
18 = <i>Cn</i>	<i>Area CMn</i>
8 = <i>MF</i> $\frac{1}{2}$	7(144) 20.5 = <i>CX</i>
—	14
<b>144 = CMn Area —</b>	-- 40
	—
	5)

*Proba & prioris & hujus Arithmetice operationis*, est novorum triangulorum inventio areæ, quæ æqualis debet esse areis priorum triangulorum, quod vides factum in *F* & *T*.

*FT*

<i>F</i>	<i>T</i>
$13.5 = XB$	$CX = 20.5$
$8 = EB \frac{1}{3}$	$\frac{1}{3}OC = 7$
<hr/>	<hr/>
$XEB = 108$	$\text{Area } 143.5 = COX$

*Operatio Geometrica* fit in figura N, datur ergo tibi: CMX, cum igitur hoc triangulum subducere velis ad altitudinem = 14. Igitur ad datam hanc altitudinem duc parallelam ad CX, hæc secat trianguli latus CM, in O, ex O duc rectam ad N, ad rectam ON ex punto: M duc parallelam MX, dein ex punto O ad X duc rectam OX, triangulum COX est quæsumum, hujus operationis certitudo dependet à *propof.* 38. Lib. I.



## PROBLEMA CLXVII.

*Cajus Nepotibus tribus ea lege  
testatur hortum suum, ut relicta unica  
porta K dividatur ad tres partes, ad quas  
nec alter quam K pateat aditus*

CLXVI. *A*rithmetice fit hoc modo : Inquire aream trianguli dati ABC, quæ est, ut vides in H,  $ABC = 500. 625$ , jam hanc aream divide in tres partes æquales, ut factum vides pariter in H, proinde Z = 166. 875. est area singularum trium partium. *2dō.* Ex dato puncto: K, duc perpendicularē ad AC, quæ ut vides est  $Kn = 16$ : jam per dimidiam  $\frac{1}{3}Kn = 8$ . divide aream Z = 166. 875. quotus in G ut vides est basis trianguli m & n, reliquum autem est trapetzoidis R, quæ tres partes sunt ex æquo inter se æquales, proinde totum triangulum ABC divisiſti in tres partes æquales, & quidem in duo triangula: AKn, nKm, & in trapetzoidem BKmC.

HAC

# H

$$\begin{array}{rcl} AC & = & 44.5 \\ EB & = & 11.25 \\ \hline \end{array}$$

$$3(500.625)166.875 = Z$$

20

20

26

22

15

--

# G

$$\frac{2}{3}Kn = 8(166.875)10.8519 = ]_{mn}^{A\Theta}$$

68

47

75

3)

-

Probatur autem ex eo, quod duo triangula  $m, n$ , sint inter se æqualia, quod habent similes bases, eandem etiam altitudinem, ergo per propositionem 38. Lib. I. sunt

K 3

æqua-

æqualia, quod autem etiam trapetzoides: R, sit æqualis alterutri triangulo, id probatur metiendo aream ipsius R, quod factum vides per diagonalem K C, & perpendiculares B i, m, v, operatione enim facta trapetzoidis: R, eadem erit area cum quacunque triangulorum area.

## PROBLEMA CLXVIII.

*Eadem operatio peragatur Geometrice.*

CLXVII. **G**eometrice autem fit hoc modo: basim dati trianguli divide in tres partes æquales, ut: A G, G e, e C, dein sic regulam trium X, ex cuius basi accipe æqualem ipsi AK, ex latere ipsi AG videlicet tertiae partis basis, item ex basi sume æqualem ipsi AB, duc parallelas, habes Ao, hæc est basis duorum triangulorum M & N æqualium, reliquum autem quod remanet, erit trapetzoides R, ipsis triangulis æqualis.

Probatur autem, quod remanens trapetzoides: R sit æqualis triangulis: copietur trapetzoides, ut vides factum in B, ex K ducatur perpendicularis KR, ducatur dein ad rectam CK, parallela ex punto M, quæ erit i X, hæc secabit productam BC in F, duc jam rectam FK, hoc triangulum C FK est æquale triangulo CMK, proinde trian-

triangulum K F B est æquale trapetzoidi : CMKB, jam reducatur hoc triangulum ad altitudinem KO, quæ est, ut vides perpendicularis triangulorum : M, N, quod facis per regulam trium Z, ex cuius basi sumis, Ko, quæ est dicta altitudo trianguli, m, ex latere autem sumis KF, quod est latus trianguli: BKF, ut vides in B, item ex basi sumis : Kr, quæ est perpendicularis trianguli: FK B, ut vides in B, factis parallelis: habes KB, quam vides æqualem esse basi AO, quæ est trianguli m, proinde cum trapetzoides R, reducta ad triangulum B, & exinde ad triangulum, cuius altitudo est æqualis triangulorum m, n, & cum basim ipsis etiam æqualem habeat, sequitur, quod etiam ipsis sit æquale, proinde trapetzoides: R est æqualis.



## PROBLEMA CLXIX.

*Fabritius, tribus suis sororibus  
dono dat pomarium suum, quæ ita il-  
lud dividi trifariam volunt, ut singula ha-  
beat accessum ad fontem K, operatio  
autem inchoetur à basi.*

CXVIII. **D**ebet metiri area totius trianguli D A B, quam vides esse æqualem in:  
 $S = 444.8$ , dein hanc aream divide in  
tres partes, quod vides factum pariter in  
 $S$ , proinde  $X = 148.2$ , est area singula-  
rum trium partium.

$$\begin{array}{rcl} S & & \\ AB & \equiv & 27.8 \\ \frac{1}{3} DB & \equiv & 16 \\ \hline 3(444.8) 148.2 & \equiv & X \text{ Area} \end{array}$$

Jam ex D duc diagonalem K D, trian-  
gulum D K B metiaris, quod vides factum  
in **A**, aream ergo trianguli D K B  $\equiv 110.$   
 $4$ , subtrahe ab area  $X = 148.2$ , quod vi-  
des factum in **G**, fac proinde triangulum  
super D K, cuius area sit futura æqualis  
subtracto videlicet:  $37.8$ , quod ut facere  
possis

possis, debes quærere basim futuri trianguli.

$$\begin{array}{r}
 \begin{array}{c} A \\ \hline 9 \\ 16 \\ \hline 414 \\ 69 \\ \hline \text{Area } 110.4 \end{array}
 \quad \begin{array}{l} G \\ \text{Area X} = 148.2 \\ \text{Area DKB} = 110.4 \\ \frac{1}{4} \text{KB} = 3.4(37.8) \text{ H.L.H.D} \\ 34 \\ \hline -38 \\ 34 \\ \hline -40 \\ 34 \\ \hline -60 \end{array}
 \end{array}$$

Illam autem invenies hoc modo: Area  $= 37.8$  divide per medium altitudinem, sive perpendicularem  $\frac{1}{2}KB = 3.4$ , ut vides factum in  $G$ , quotus  $HD = 11.1$ , est basis trianguli quæsiti, proinde produc  $BD$ , in infinitum, desume  $DH = 11.1$ , ex  $H$ , ad  $K$  duc rectam, triangulum  $HKD$ , est æquale areae  $= 27.8$ , triangulum autem  $DKB$  est æquale  $= 110.4$ , igitur totum triangulum  $HBK$ , est æquale areae  $= 148.2$ , cum autem pars aliqua trianguli, videlicet:  $DHL$ , sit extra datum triangulum, partem hanc reponere debes in datum triangulum, quod quidem

K s hoc

hoc modo facies: per DK duc rectam, a-  
ad quam ex punto H fac parallelam, ex L  
ad K duc rectam, fecisti, quod voluisti,  
& trapetzoides LKBD, est una pars jam  
trianguli dividendi, quod autem partem a-  
liquotam reposueris in triangulum, proba-  
tur per *propof.* 38. Lib. I. cum triangula D  
HK, & DLK, habeant eandem basim, vi-  
delicet: DK, sunt etiam inter easdem pa-  
rallelas, ergo sunt inter se æquales

Reliquas autem duas partes æquales in-  
venies hoc modo: Trianguli residui LKA,  
basim AL divide bifariam in P, duc rectam  
PK, hæc etiam erunt inter se æqualia per  
*propof.* 38. Lib. I. cum eandem habeant al-  
titudinem, & similes bases, proinde factum  
est quod quærebatur.

## PROBLEMA CLXX.

*Eadem operatio peragatur Geo-  
metrice.*

**G**eometrice fit hoc modo: Dividatur ba-  
sis DB in trifariam in: S, & Q, dein  
fiat regula trium dicendo: ut vides in Z,  
ut se habet BK ad BF tertiam partem, sic  
se habet tota BA ad quartam BH, proin-  
de ex basi anguli Z pro divisore accipe B  
K, ex latere pro dividendo sume AF, &  
item ex basi pro multiplicatore accipe A  
B,

B , facta operatione , quotus erit BH , igitur BH , est basis trianguli HKB , quod est pars tertia trianguli dati DHB , jam partem aliquotam hujus trianguli impone triangulo , quod fit hoc modo : ex D ad K duc rectam DK , ex punto H ad rectam prolongatam KD duc parallelam HL , haec secat latus trianguli DA in L , duc LK , trapetzoides DLKB est  $\equiv$  triangulo BKH , per propos . enim 38. Lib. I. triangulo KHD est æquale DLK , ergo hoc pro illo sumendo , trapetzoides DLKB est  $\equiv$  triangulo facto HKB .

Invenies autem & basim AP hoc modo : divide AD in tres partes , fac dein regulam trium in X , ex cuius basi pro divisore accipe AK , ex latere pro dividendo sume AT , pro multiplicatore ex basi accipe AB , facta operatione quotus erit AP , quæ est similis basibus triangulorum

AKP , PKL .



PRO.


## PROBLEMA CLXXI.

*Desertum nominis Sanda , cuius  
in certa parte est situm quodpiam am-  
plius adificium O , ita debet dividii inter  
quatuor heredes , ut singulus eorum sine fa-  
stadio alterius per partem se concernentem  
habeat accessum ad sibi assignatam par-  
tem adificii O.*

CLXX. **M**Etiam totius trianguli aream quam  
vides in *H* esse æqualem : 509. 22,  
hanc aream dividide in partes quatuor igitur  
singula habebit ut vides in *H* aream  
**V = 127.3.**

$$\begin{array}{r} H \\ BC \equiv 36.9 \\ \frac{Gm}{4} \equiv 13.8 \\ \hline 4(509.22) 127.3 \text{ o. } V \\ \hline 10 \\ \hline 29 \\ \hline 12 \\ \hline 2 ) \\ \dots \end{array}$$

Duc



Duc perpendicularem  $O\# = 16.4$ , jam  
 aream singulam  $V = 127.3$ , divide per  
 medianam diametrum  $\frac{1}{2}O\# = 8.2$ , quotus  
 in  $F$  est basis:  $Cm$ , &  $Am$ , ductis igitur  
 rectis habes jam duo triangula  $KP$ , jam  
 substrahe ex tota basi  $BC = 36.9$ , bases,  
 $Am$ ,  $mC$ , id est:  $Am + mC = 31$ . re-  
 manet ut vides in  $L$ ,  $BA = 5.9$ ,

$$F$$

$$\frac{1}{2}O\# = \frac{8.2(127.3) 15.5}{45.3} = \begin{array}{r} Am \\ mC \\ \hline -430 \\ 420 \\ \hline -10 \end{array}$$

$$L$$

$$\begin{array}{r} 36.9 = BC \\ 31 = mC + Am \\ \hline -5.9 = BA \end{array}$$

due

duc diagonalem BO, habes triangulū BOA,  
 cuius area est, ut vides in  $\mathcal{Q}$  BOA = 48.  
 38, subtrahe hanc aream ab area V = 127.  
 3, residuum est ut vides, in I = 78.92.  
 fac igitur super BO triangulum habens a-  
 ream = 78.92. quod ut consequaris, de-  
 bes invenire basim faciendi trianguli, quam  
 invenis in I, ubi pro basi est quotus BF =  
 20.2, duc jam FO, trapetzoides FOHB,  
 est habens aream etiam 127.3, igitur &  
 quæ remanet trapetzoides altera: COFG,  
 est habens aream V = 127.3, proinde  
 datum triangulum secundum conditionem  
 datum ad punctum videlicet O est divisum  
 in quatuor partes.

$\mathcal{Q}$	$I$
$BA = 5.9$	$V = 127.3$
$\frac{1}{2}mO = 8.2$	$BOA = 48.38$
<hr/> $118$	<hr/> $78.92   20.2$
$472$	<hr/> $-- 92$
<hr/> $Area = 48.28 = BOA$	<hr/> $14$
	--

*Proba-*

*Probatur* autem, quod trapetzoides C O F G sit etiam æqualis reliquis areis figurarum, & quidem hoc modo: duc rectam G O, trapetzoidem divisisti in duo triangula; ut vides, jam vides quod triangulum F O G habeat aream  $\equiv 59.28$ , ut factum vides in X, & triangulum G O C  $\equiv 68.02$ , ut eodem loco factum vides; addantur hæ duæ areæ, consurgit pro area totius trapetzoidis C O F G  $\equiv 127.3$ , ut factum vides in V.

$$\begin{array}{ll}
 X \\
 \begin{array}{rcl}
 FG & \equiv & 15.2 \\
 \frac{1}{2} OZ & \equiv & 3.9 \\
 \hline
 FOG & \equiv & 59.28
 \end{array} &
 \begin{array}{rcl}
 GC & \equiv & 31.4 \\
 \frac{1}{2} or & \equiv & 2.1 \\
 \hline
 68.02 & = & GOC \\
 59.28 & = & FOG \\
 \hline
 Area & = & 127.3
 \end{array} \\
 \hline
 \end{array}
 \quad
 \begin{array}{l}
 10 \\
 + V.
 \end{array}$$

PRO-

## PROBLEMA CLXXII.

*Eadem operatio peragatur Geometrice.*

CLXXI. **G**eometrice fit hoc modo: In puncto duc parallelam ad basim BC, dein basim BC ex utraque parte produc in infinitum *de*, per punctum G duc parallelam ad OC, dein ex: O, duc : ad K, rectam OK, & produc rectam CO in: r, duc etiam diagonalem OC, jam triangulum: OKC est æquale per *propof.* 38. Lib. I. triangulo OG C.

Duc demum diagonalem: BO, ad hanc ex punto G duc parallelam MG, duc jam diagonalem MO, triangulumOMB est æquale per *propof.* 38. Lib. I. triangulo BGO, quare sequitur quod triangulum MOK sit æquale dato triangulo BGC, sive quod triangulum BGC, sit reductum ad aliud triangulum, cuius altitudo est: OE.

Dein basim MK divide quadrifariam, quod indigitant: 1, 2, 3, 4, sume unam quartam partem ut: Ki, & transfer ex C in M, ex M in A, ex A in O, dein duc SO, AO, MO, CO, habes igitur triangula mutuo sibi æqualia, & toti triangulo, unum quodque est quarta pars. Cum autem triangulum SAO cedat extra datum triangulum

gulum BGC, pars illa aliquota quæ cadit extra, debet reduci intra datum triangulum & quidem hoc modo: per punctum B & O duc rectam Bq, cui ad punctum S duc parallelam SF, ex F ad O duc rectam FO, igitur triangulum BFO est æquale triangulo BSO, quare trapetzoides: FOAB est æqualis triangulo SOA, ergo trapetzoides: CGFO, est quarta pars dati trianguli.

*Probatur*: Trapetzoidem FGCO esse æqualem quartæ parti dati trianguli BGC, reduc hanc trapetzoidem in æquale triangulum hoc modo: duc diagonalem CF, ex punto ut vides in figura L, duc parallelam OQ ad diagonalem CF, duc jam rectam CQ, triangulum CQG, est æquale trapetzidi L per *propof. 38. Lib. I.* triangula O CQ, OFQ sunt inter easdem parallelas, & eandem basim OQ habent, ergo sunt sibi æqualia, sumendo igitur triangulum O CQ, pro OFQ, triangulum CQG, erit æquale trapetzidi L, jam reducatur hoc triangulum ad altitudinem EO, quæ est altitudo triangulorum K, I, quod fit per angulum A, ex cuius basi sume OE æqualem altitudini triangulorum K, I, ex latere sume CG, quæ est basis trianguli L, item in basi sume OQ, quæ sit similis perpendiculari

L

YQ

**Y**Q trianguli L, facta operatione, habes pro constituendo triangulo basim: O M, quæ est æqualis basibus triangulorum K, I, igitur cum triangulum constituendum ex L habebit eandem altitudinem & basim, sequitur, quod erit etiam æquale triangulis: K, I.

## PROBLEMA CLXXIII.

*Sempronius legat quinque ordinibus Religionum vineam suam solito majorem; que quia in superiori loco est melior inferiore, debet dividi in quinque partes oblongas & parallelas, ut singula pars quinta participetur æqualiter de bono & malo.*

**C**LXXII. **E**xemplum est inferius factum, & quidem hoc modo: ex U ad basim duc perpendicularem UR, dein metire aream totius trianguli, ut factum vides in A, summam areæ divide in quinque partes, cum triangulum dividendum sit in quinque partes, igitur  $X = 62.7$ , erit area singulæ partis, dein summam basis KM =  $27.5$ , divide pariter in quinque partes, ut vides in B, igitur quinta pars erit Z =  $5.5$ , quo peracto, institue operationem.

*AB*

$$\begin{array}{rcl}
 A & & B \\
 \text{KM} & = & 27.5 \\
 \frac{\text{Ur}}{\text{Ur}} & = & 11.4 \\
 & & \underline{1100} \\
 & & 275 \\
 & & \underline{275} \\
 & & \underline{\underline{313.50}} \\
 & & 5(313.50) 62.7 = X \\
 & & \underline{13} \\
 & & \underline{35} \\
 & & \underline{\underline{\quad}} \\
 & & \text{o}) \\
 \end{array}$$

*Primò multiplicetur K<sub>r</sub> = 18.9, per unum Z = 5.5, ex producto extrahe radicem, radix est K<sub>a</sub> = 10.19, ut vides in G, transfer jam in basim K M, rectam K<sub>a</sub>; ex a erige perpendicularē af.*

$$\begin{array}{rcl}
 G & & \\
 \text{Kr} & = & 18.9 \\
 \text{Z} & = & \underline{5.5} \\
 & & 945 \\
 & & \underline{945} \\
 & & \underline{\underline{103.95}} \\
 & & 10.19 = K_a \\
 & & \underline{20(0395)} \\
 & & \underline{202(19400)} \\
 & & \underline{18261} \\
 & & \underline{\underline{1139}} \\
 & & \text{La} \qquad \text{Secund<sub>o</sub>}
 \end{array}$$

*Secundo* multiplica  $Kr$  per  $2Z$ , id est,  
accipe  $Z = 5.5$  bis, & habebis  $2Z = 11$ .  
**ex** producto radix  $Kb = 14.41$  transferatur  
**ex**  $K$  in  $b$ , **ex**  $b$  erige perpendicularem  $bg$ ,  
hanc operationem vides in  $H$ .

$$\begin{array}{r}
 H \\
 Kr = 18.9 \\
 2Z = 11 \\
 \hline
 189 \\
 189 \\
 \hline
 \int 207.9) \overline{14.41} = Kb \\
 \quad \quad \quad 1 \quad \overline{10.19} = Kc \\
 \hline
 2(107 \quad \quad \quad 4.22 = ab \\
 \quad \quad \quad .96 \\
 \hline
 28(1190 \\
 28.8(5400 \\
 \quad \quad \quad 28.8.1 \\
 \hline
 2519 \\
 \hline
 \end{array}$$

*Tertio* multiplica eandem  $Kr$  per  $3Z$ ,  
id est, ter accipe  $Z = 5.5$ , quæ erit  $3Z = 16.5$ , ex producto radicem, ut vides in  $D$ ,  
quæ est  $Kc = 17.65$ , transfer ex  $K$  in  $c$ , ex  
& duc perpendicularem  $cb$ .

$D Kr$

**D**

$$Kr = 18.9$$

$$3Z = 16.5$$

$$\begin{array}{r} \cancel{311.85})\ 17.65. = Ke \\ \underline{-14.41} \quad \quad \quad Kb \\ \hline 3.24 = bc \\ \hline 34(2284 \\ \hline 352(20900 \\ \hline 3275 \\ \hline \end{array}$$

*Quarto* multiplica  $Mr = 8.6$ , per simplex  $Z = 5.5$ , radix, ut vides in *S*, producti est  $Md = 6.8$ , hanc ergo ex *M* duc in *d*, scilicet perpendicularem *Di*, igitur datum triangulum per parallelas divisisti in 5. partes aequales in rectis: *af*, *gb*, *hc*, *id*.

**S**

$$Mr = 8.6$$

$$Z = 5.5$$

$$43^{\circ}$$

$$43^{\circ}$$

$$\begin{array}{r} \cancel{473^{\circ}}) 6.8 = Md \\ \hline \end{array}$$

$$12(113^{\circ}$$

$$106$$

*Proba* hujus est; metiaris rectam  $ab$ , quod fecisti in  $H$ , si enim rectam  $Ka = 10.19$ , subtraxeris a recta  $Kb = 14.41$ , ut vides factum in  $H$ , erit igitur remanens:  $ab = 4.22$ , dein metiaris rectam  $bc$ , quod vides in  $D$ , si enim rectam  $Kb = 14.41$  subtraxeris à  $Ke = 17.65$ , quod remanens est, erit  $bc = 3.24$ , invenis etiam  $cr$ , in  $N$ , si enim subtraxeris à  $Kr = 18.9$ , rectam  $Kc = 17.65$ , remanens est  $cr = 1.25$ , & postremo si in eodem  $N$  subtraxeris à:  $Mr = 8.6$ , rectam  $Md = 6.8$ , residuum dat tibি  $rd = 1.8$ .

## **N**

$Kr = 18.9$	$Mr = 8.6$
$Kr = 17.65$	$Md = 6.8$
$\hline$	$\hline$
$cr = 1.25$	$rd = 1.8$

Quo peracto inquire magnitudines perpendicularium: dicendo in  $V$ , ut se habet  $Kr$  ad  $rU$ , sic se habet  $Ka$  ad  $af$ , quotus est perpendicularis  $af = 12.29$ . Dein in  $F$ , ut se habet  $Kr$  ad  $rU$ , sic se habet  $Kb$ , ad  $bg = 17.38$ .

*V*

<i>Kr</i>	<i>rU</i>	<i>K<sub>a</sub></i>
18.9,	22.8,	10.19
-		22.5
-		<u>          </u>
- - - - -	232.332)	12.29 + <i>af</i>
		<u>          </u>
	-433	<u>          </u>
		<u>          </u>
	-553	<u>          </u>
		<u>          </u>
	1752	<u>          </u>
		<u>          </u>
	--51)	

*F*

<i>Kr</i>	<i>rU</i>	<i>Kb</i>	<i>bg</i>
18.9,	22.8,	14.41,	
-		22.8	
- - - - -		<u>          </u>	
	328.548)	17.38	<u>          </u> <i>bg</i>
		<u>          </u>	
	1395	<u>          </u>	
		<u>          </u>	
	-724	<u>          </u>	
		<u>          </u>	
	1578	<u>          </u>	
		<u>          </u>	
	--66)		

Dein in  $X$ , ut se habet  $Kr$  ad  $Ur$ , sic se  
habet  $Kc$  ad  $ch$ , quotus dat tibi  $ch = 21.29$ ,  
postremum in  $\mathcal{Q}$ , ut se habet  $Mr$  ad  $Ur$ ,  
sic se habet  $Md$  ad  $di$ , quotus tibi dat:  $di =$   
 $18.2.$

$X$

$Kr.$	$Ur.$	$Kc.$	$ch.$
$18.9,$	$22.8,$	$17.65,$	
-		$22.8$	
-		$402.420)$	$21.29 \equiv ch$
-		$-244$	
		$-552$	
		$1740$	
		$--39)$	

$\mathcal{Q}$

$Mr.$	$Ur.$	$Md$	$di$
$8.6,$	$22.8,$	$6.8,$	
-		$22.8$	
-		$155.04)$	$18.2 \equiv di$
-		$-690$	
		$-240$	
		$-68)$	

Qui.

Quibus peractis inveniatur area primo trianguli  $V$ , quod vides inventum in  $P$ , igitur area est  $V = 62.6175$ . Secundo inveniatur area trapetzoidis  $S$ , quod vides factum etiam in  $P$ , igitur area est  $S = 62.5826$ .

$$\begin{array}{rcl}
 & P & \\
 \text{Ka} = 10.19 & gb = 17.38 & \\
 \text{Kr} = 12.29 & af = 12.29 & \\
 \hline
 91.71 & 29.67) 14.83 & \\
 2038 & & 4.22 = ab \\
 2038 & & \hline \\
 1019 & & 2966 \\
 \hline
 \text{Ka}f\Delta & 2966 & \\
 2(125.2351)62.6175 = Ar. & \hline & 5932 \\
 \hline
 5 & Area ... 62.5826 & \hline \\
 \hline
 12 & & af = 1 \\
 \hline
 3 & & \\
 \hline
 15 & & \\
 \hline
 11 & & \\
 \hline
 1) & &
 \end{array}$$

*Tertio* inveniatur area trapetzoidis L,  
quod vides inventum in U, igitur area est  
 $L = 62.6292$ . *Quarto* inveniatur area tra-  
petzoidis Q, quod vides etiam inventum  
in U, igitur area est  $Q = 27.55$ .

U

$$bg \equiv 17.38$$

$$bc \equiv 21.29$$

$$2 (38.67) 19.33$$

$$\overline{18} \quad \overline{325}$$

$$\overline{18} \quad \overline{7732}$$

$$\overline{6} \quad \overline{2866}$$

$$\overline{6} \quad \overline{57990}$$

$$\overline{7} \quad \overline{1}) 62.6292 = bgbc$$

*Area*

$$rU \square 22.8$$

$$ch \equiv 21.29$$

$$2(44.09) 22.04$$

$$\overline{1.25} = cr$$

$$\overline{11020}$$

$$\overline{4408}$$

$$\overline{2204}$$

$$\overline{Area ... 27.55100 = chUr}$$

*Quinto*

*Quinto* inveniatur etiam area trapetzoidis  $P$ , quod vides inventum in  $I$ , igitur area est  $P = 36.90$ , jam has duas areas  $P = 36.90$ , &  $Q = 27.55$  simul adde, ut vides factum in  $I$ , tota area trapetzoidis  $chid = 64.45$ . *Sexto* inveniatur area ultimo trianguli  $N$ , quod vides factum in  $R$ , igitur area trianguli hujus est  $N = 61.88$ , quæ areæ singillatim si sint æquales, vel saltem parum differentes ab  $X = 62.7$ , ut vides factum in  $A$ , hanc esse aream partis quintæ totius trianguli  $KUM = 31350$ ; sequitur hanc bonam esse operationem.

### *I*

$$\begin{array}{ll} Ur = 22.8 & chUr = 27.55 \\ di = 18.2 & rUid = 36.90 \\ \hline & \\ 2(410)20.5 & chid = 64.45 = Ar. \\ 1.8 = rd & \\ \hline & \\ 1640 & \\ 205 & \\ \hline & \end{array}$$

$$rUid = 36.90 \text{ Area}$$

### *R*

$$\begin{array}{l} di = 18.2 \\ \frac{1}{3}Md = \underline{3.4} \\ \quad 728 \\ \quad 549 \\ \hline diM = \underline{\underline{61.88}} = \text{Area} \quad \text{Alte-} \end{array}$$

Altera item proba est in *K*, ubi singulæ  
areæ 5 figurarum V.S.L.QP. N simul ad-  
duntur, & summa vix in aliquo differt a  
summa integra trianguli KUM, ut vides.

*K*

<i>Kaf</i>	==	62.6175 ...
<i>afgb</i>	==	62.5826 ...
<i>bghc</i>	==	62.6292 ...
<i>chid</i>	==	64.45 .....
<i>diM</i>	==	61.88 .....

$$\begin{array}{r} 314.1593 \dots \text{Area } 5 \\ \text{Area} \dots 313.50 \dots \text{Trianguli KUM} \end{array}$$

**PROBLEMA CLXXIV.**

*Eadem fiat operatio Geometrice.*

CLXXIII. *G*eometrice fit: Divide basim *K M* in 5 partes æquales (cum datum tri-  
angulum velis dividere in quinque partes)  
quod vides factum per numeros: 1, 2, 3,  
4, ex his numeris duc perpendiculares  
deorsum quatuor, cum tot sint numeri, dein  
divide *R r* bifariam, & ex punto divisionis  
duc arcum per quem vides sectas esse tres  
perpendicularares in 1, 4, 8, item divide  
*r M* bifariam, & factus arcus secat etiam  
perpendicularem in *V*, duc jam *K r*, *K 4*,  
*K 8*

*K* & *M*, & ex puncto *K* intervallo *r* fac arcum *ra*, item ex *K* intervallo *a* fac arcum *ab*, & ex eodem puncto *K* intervallo *u* fac arcum *uc*, & ex puncto *M* intervallo *v* fac arcum *vd*, jam duc perpendiculares *af*, *bg*, *ch*, *di*, & divisisti per *Corol. Prob. 8. Lib. VI.* datum triangulum in quinque partes quod erat faciendum.

*Proba* fit per *Prop. 14. Lib. II.* videlicet *V. L. P. Q. N.* reduc ad quadrata, quæ si futura sint inter se æqualia, bona est operatio, quod facies hoc modo : triangulum *V* reduc ad quadratum, latus *fa* divide bifariam in *L*, dein in *X* accipe *Ka*, & *al*, ex *a* erige perpendicularem infinitam, divide bifariam *Kl*, & ductus arcus secat infinitam in *F*, ergo *aF* est quadratum *G* æquale triangulo *V*, NB. ideo autem divisisti *af* bifariam in *L*, quia per *prop. 42. Lib. I.* triangulum *V* debuisset primo in æquale reduci parallelogrammum, & ex parallelogrammo primo debuisset fieri quadratum, ideo *al* est nota altitudinis parallelogrammi, quod debuisset formari.

Dein duc medianam proportionalem *os*, *zn*, *xo*, per *prop. 13. Lib. VII.* hoc facto sume in *Z* rectam *fo*, & *ab*, jam ex *a* erige perpendicularem infinitam, item in *R* accipe *zn*, & *cb*, & ex *c* erige infinitam perpen-

perpendicularem, item in *H* accipe *xo*, &  
*cd*, & erige infinitam perpendicularem in  
*c*, eodem modo in *N*, divide latus *di*  
bisariam in *q*, accipe jam *qd* & *dm*, & ex  
*d* erige perpendicularem infinitam, ac du-  
ctis arcubus secabuntur omnes quatuor in-  
finitæ perpendiculares in *F*, proinde *L*,  
*Q*, *P*, *N*, reducta sunt ad quatuor qua-  
drata, quorum latus est *aF*, & cum hæc  
*s.* *aF* sunt æqualia, etiam quadrata omnia  
quinque sunt æqualia, proinde bona est o-  
peratio sive divisio trianguli

KUM.



PRO-

## PROBLEMA CLXXV.

*Inter tres pupillos dividendus est  
ager ea lege ut in figura notatur.*

**Q**uæratur area trianguli ABC, quod vi- CLXXIV.  
des factum in X, igitur inventam a-  
ream divide per 3, cum triangulum velis  
in tres partes dividere, ergo ut vides in X  
quælibet pars habitura est pro area X = 133.

32.

$$\begin{array}{r} X \\ \hline AC = 30.3 \\ \frac{1}{2} OB = 13.2 \\ \hline 606 \\ 909 \\ 305 \\ \hline 3(399.66) 133.32 \\ \hline 9 \\ \hline 9 \\ \hline 9 \\ .6 \end{array}$$

Dein

Dein inquire aream trianguli etiam A  
B O, quod vides factum in Z, ergo à Z  
 $= 475.2$ , subtrahe totam aream jam in-  
ventam in X trianguli ABC  $= 399.96$ ,  
quod remanet est area trianguli CBO  $=$   
 $75.24.$

$$\begin{array}{r}
 Z \\
 AO = 36 \\
 \frac{1}{2}OB = 13.2 \\
 \hline
 72 \\
 108 \\
 36 \\
 \hline
 Z = 475.2 = ABO \\
 Y = 399.96 \\
 \hline
 75.24 = CBO
 \end{array}$$

Insti-

Institue regulam trium dicendo in  $\mathcal{K}$   
 triangulum ABO = 475.2, habet pro  
 quadrato lateris AO = 1296, quale ha-  
 bebit quadratum lateris X = 133.32, quæ  
Dati cylindri superficies inveniatur B D	146	145
Dividatur circulus in 360. g. adus.	147	146
Dato circulo fiat aequale triangulum.	148	147
Datam quancunque figuram rectilineam necessae est copia e.	149	148
Mensuretur convexitas dati Globi.	150	149
Mensuretur area trianguli X ignota ejus- dem perpendiculari i.	151	150
Datis tribus Triangulis Z. X. Y. fiat Triangulum O omnibus tribus aequale	152	151
Datis duobus circulis X. & Z fiat ci- clus O ut ique aequalis.	153	152
Datis duobus Pentagonis Z & X fiat Pen- tagonum K, quod sit aequale duobus datis.	154	153
Datum triangulum X multiplicetur per tria sive fiat aliud triangulum Z quod sit triangulo dato X ter majus	155	154
Datus circulus X multiplicetur per 5. id est, fiat alter circulus K, qui priore sit quin quies major.	156	155
Datum sexagonum Z multiplicetur per 5, sive fiat sexagonum G, quod ipso sit quinquies majus.	157	156
Datum triangulum A C B mutari debet in parallelogrammum P Q S R, cu- jus latus sit dita P Q.	158	157
Datum triangulum A C B mutetur in quadratum X.	159	158

	P	F
Datum triangulum $A C B$ mutetur in pentagonum $F$ .	160	159
Datum triangulum $A C B$ mutetur in circulum $N$ .	161	160
Datum triangulum $A C B$ mutetur in figuram irregularem $Z$ .	162	161
Inter Fabii tres Hæredes debet dividi campus triangularis $A C B$ , trifariam.	163	162
Eadem operatio peragatur Geometrice.	164	163
Datum Triangulum $A O B$ manente eadem, area reducatur ad Triangulum $X E B$ cuius altitudo sint: 16.	165	164
Triangulum $C M N$ reducatur ad triangulum: $C O X$ , quod habet altitudinem tantum manente priori arca	166	165
Cajus nepotibus tribus ea lege testatur hortum suum, ut relicta unica porta-K dividatur in tres partes, ad quas nec alter quam K pateat aditus.	167	166
Eadem operatio peragatur Geometrice.	168	167
Fabritius tribus sororibus suis dono dat pomarium suum; quæ ita eum dividit, ifariam volunt, ut singula habeant accessum ad fontem K; operatio autem inchoetur à Basi.	169	168
Eadem operatio peragatur Geometrice.	170	169
Desertum nominis Sonda, cuius in certa parte		

<i>parte est situm quodpiam amplius adi-</i>		
<i>ficium O; ita debet dividi inter qua-</i>		
<i>tuor Hæredes, ut singulus Eorum sine</i>		
<i>fastidio alterius per partem se con-</i>		
<i>cernentem habeat accessum ad sibi as-</i>		
<i>signatam partem adificii.</i>	171	170
<i>Eadem operatio peragatur Geometrice.</i>	172	171
<i>Sempronius legat quinque Ordinibus Re</i>		
<i>ligionum vineam suam solito majorem</i>		
<i>quaæ qui in superiori loco id est emi-</i>		
<i>nentiori ut melior quam in inferiori,</i>		
<i>debet dividi in quinque partes oblon-</i>		
<i>gas &amp; parallelas, ut singula pars quin-</i>		
<i>ta æqualiter participet de bono &amp; me-</i>		
<i>diocri</i>	173	172
<i>Eadem operatio fiat Geometrice.</i>	174	173
<i>Inter tres pupillos dividendus est ager ea</i>		
<i>lege ut in figura notatur.</i>	175	174
<i>Eadem operatio peragatur Geometrice.</i>	176	175
<i>Tribus legionibus Triaviorum ea lege as-</i>		
<i>signatur à DUCE Exercitus campus</i>		
<i>triangularis, ut una alteram ambiat</i>		
<i>triangulariter legionem in æquali ra-</i>		
<i>tione spatii occupati.</i>	177	176
<i>Eadem operatio peragatur Geometrice</i>	178	177
<i>Datum spatum triangulare dividatur in</i>		
<i>tres partes æquales secundum metho-</i>		
<i>dum Galeni.</i>	179	178
<i>Eadem</i>		

\* ( \* ) \*



SELECTÆ  
POSITIONES  
EX UNIVERSA  
SCHOLASTICO - EXPERIMENTALI  
PHILOSOPHIA.

---

I.

*Per Recentiores Philosophia in pluribus locis est correcta & pristino splendori restituta.*

**U**tinam hæc pulcherrima scientiarum pars purior, ac perfectior ad hæc usque tempora pervenisset! verum & Sophistarum cavillis, & ineptis nonnullorum Scholasticorum quæstionibus, præsertim autem complurium Philosophorum difficillimis A nugis,

nugis, inanibus, & simul spinosis tricationibus adeo deturpata est; ut vix ullam pristinæ elegantiae formam præseferat. In quo disciplinæ genere *duo maxima vitia notanda sunt: unum quidem quod cognita pro incognitis supponamus, hisque temere assentiamur; alterum vero vitium est, quod quidem nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras atque difficiles, nullique usui servientes conferant, easdemque non necessarias.*

(1) Cicer. 1.  
Offic.

(1) Idque non sine ingenti pretiosi temporis jactura, quo interea poterant optimi Adolescentes sanissimas quasque, sibique ac reipublicæ percommodas facultates, honestissima cum voluptate condiscere. Insigniter proinde de Patria, de communi bono, ac Juventutis incremento meriti sunt illi, qui aut nova *Logicæ* præcepta tradiderunt, aut vetera inutilibus resectis, ita illustrarunt, ut breviori ac clariori methodo in studio veritatis inquirendæ progrediamur. *Non etenim tempus nobis deest, verum industria, ordo, ratio, & modus discendi (2) quia magna sapientiae pars est, multa nescire.* (3) Illas quo circa, quas possumus, maximas referamus

(2) Quintil.  
XII. cap. 10.

(3) Tacitus.

mus grates Viris celeberrimis GALLÆO , Literarum Ethruriæ Restauratori , CARTESIO , recens usq; Philosophiæ Authori providissimo , de Republica Literaria meritissimo ; GASSENDI Parisiensis sive Sorbonicæ Academiæ ornamento , PURCHOCZIO , ejusdem Academiæ Rectori ; EDVARDO CORSINO è Scholis Piis , Universitatis Pisanae num etiam Publico Professori celeberrimo , & compluribus aliis , scientias Philosophicas eo quo dixi modo utilissimo simulque doctissimo pertractantibus : Hi etenim *Philosophiam Scholasticam* in multis depravatam , enervem & evilescensem repurgarunt , innovarunt , ac pulcherrime interpolarunt .

## II.

*Ingenua & præsertim Nobilis Juventus Recentiorum , quorum paulo ante meminimus , Philosophia est imbuenda .*

**H**Orum autem studiorum jam per orbem universum ea facta sunt incrementa , ut *Gallia , Italia , Anglia , Hollan-*

*Hollandia, Belgium, Germania, totumque imperium nil audire velit; nisi quod sit conforme laudatorum Sapientum sententiæ, nullamque philosophiam *Publicam* fieri patiatur; nisi hæc *Geometricis* & *experimentalibus*, nixa sit momentis. Quorum sanissimum exemplum & ipsi secuti, pro tenuitate nostra, & viribus contendimus: ut saltem in parte condiscamus illa, quæ sexcenti Nobilissimi Adolescentes, maximo Patriæ suæ emolumento, Inclytissimi Sanguinis ingenti splendore, & non exiguo tam privatae, quam publicæ vitæ commodo felicissime perceperunt, condidicerunt.*

*Quamobrem hortor omnes, qui facere id possunt, ut hujus quoque generis scientiarum tradendi laudem, in hoc HUNGARIÆ Regnum Nobilissimum perferant; sicut reliquias omnes, quæ quidem erant expetenda studio atque industria sua maiores nostri intulerunt. (1) QVOD ENIM MVNVS REIPUBLICÆ AFFERRE MAIVS, MELIVSVE POSSVMVS, QVAM SI ERVDIMVS JUVENTUTEM; his præsertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, & depravata; ut omnium opibus, cura & solicitudine refrananda, & coercenda sit*

(1) Cicero  
Tusc. II.

fit. (2) *Magnum id quidem opus*, & <sup>(2) Cic. Di-</sup>  
*difficile fore quis negat?* *quid autem p̄ae-*  
*clarum, non item arduum?* *sed tamen id*  
*se effectuam Philosophia profitetur, Nos*  
*modo curationem ejus alacres recipia-* <sup>(3) Cic. Tu-</sup>  
*mus.* (3)

<sup>cul. II.</sup>

### III.

*Contra Pyrrhonicos datur scientia.*

**O**MNES trahimur & ducimur ad cogniti-  
 onis, & scientiæ cupiditatem, in qua  
 excellere pulchrum putamus, labi autem &  
 errare, nescire, & decipi, & malum &  
 turpe ducimus: (1) Si complures ex <sup>(1) Cic. de</sup>  
 veteribus Sapientibus, ut *Acatalepticos* <sup>Offic. I.</sup>  
 cum *Pyrrhone*: *Academicos* cum *Arcesila*  
 excipiamus; qui hujusmodi non solum  
 cupiditatem, verum & scientiam in re-  
 rum natura dari adeo pertinaciter nega-  
 verunt; ut complures sententiæ suæ nu-  
 merarent Fautores, à vetustate *Scepti-*  
*cos* nominatos: quod nihil se scire, sed  
 de omnibus dubitandum esse docuissent.

Quia verò teste D. Augustino: (2) *Ne-* <sup>(2) In En-</sup>  
*mo finitur nescire se vivere: quandoqui-* <sup>chiridio cap.</sup>  
*dem si non vivit, non potest aliquid vel* <sup>20. num. 7.</sup>

*nescire : quoniam non solum scire , sed etiam nescire viventis est . Sicut ergo nos vivere non solum verum , sed etiam certum est ; ita vera & certa sunt multa , quibus non assentiri absit ut sapientia potius quam dementia nominanda sit . Quis proinde negabit tot scientiarum existentiam , quarum adminiculis in certam , & evidenter rerum cognitionem quotidie pertingimus ? nullus profecto ! inconclusa ideoque stat positio afferens : Dari in rerum natura plurium rerum scientiam .*

## IV.

*Præmittenda est cum Cartesio dubitatio ad veritatum & scientiarum consecutionem .*

**I**cet vero post primi Parentis lapsum , offusamque menti nostræ caliginem , varias subinde vicissitudines perpeccæ fuerint scientiæ ; illud tamen compertum est : ex Adami Nepotibus sapientiæ studium ad universum hominum genus transiisse ; ut nulla propemodum regio tam rudis , & inculta fuerit ; in qua plurimi sapientiæ laude cele-

celebres non extiterint : quos inter *Aſſyrii* primum & *Chaldaeī* cognitione aſtrorum , & ſolertia ingeniorum celeberrimi fuerunt. *Ægyptii* deinde, qui quidquid ab *Aſſyriis* acceperant , illuſtrius novis obſervationibus ita auxerunt ; ut *Geometriae* , (1) *Aſtronomiae* (2) omniūque *Philosophiae disciplinarum Paren-tes* ſint habiti . (3) Græci denique , apud quos ſolum homines generari vere cœiſtēs , atque Druiños , natura ad omnem ſcientiam natos Philo apud *Eusebium* censuit (4) cæteris palmam prä-riuerunt. Sunt tamen plurima , quæ nobis adminiculi loco ſunt ad feliciorem ſcientiarum conſecutionem : quæ inter primum obtinet locum *Dubitatio* , ut enim clara ab obſcuris , & certa ab incertis ſine erroris formidine ſecernamus ; *dubitandum erit de omnibus* , que pri-mum in veritatis criterium non veniunt , & donec veniunt ; & ut cum Cartesio edicam : *Ab animi ſuspensione ineunda eſt Philosophia.* Quod tamen intelligendū nolumus eſſe de notione Dei optimi Maximi , Divinorumque ejus Mysteriorum : in quibus æterna veritas copioſiſime eluſcſit , & omnis *dubitatiōnis*

(1) Herod.

in Euterp.

(2) Plato in

Epin.

(3) Macrob.

Jom. Scip. l.

(4) Lib. I.

Præp. Ev.

(5) Laeliat.  
de Opif.Ro.  
man. cap. 5. umbra quam longissime removetur. (5)  
Quare cum D. Augustino : *in obsequium  
fidei captivandus est intellectus; & in-  
genue fatendum : multa nos nescire, que  
voluit Deus intelligentiam nostram exce-  
dere : de quibus vel leviter dubitare de-  
mentia est.*

## V.

*Omnia præjudicia sunt deponenda  
volenti scientias consequi.*

**Q**uanto autem sint impedimento ad detegendas veritates *præjudicia illa*, quæ ab educatione, & pravo usu libertatis, quasi ex duobus fontibus emanant; experiuntur illi, qui vel pecorum ritu sequuntur antecedentium gregem, aut illi plus sapient, aut ipsi dissipue-

(1) Laeliat. rint, (1)

Instit. 2.c, 8. *Vel quia nil rectum, nisi quod placuit si-  
bi, ducunt;*

*Vel quia turpe putant parere minoribus :  
Et quæ*

*Imberbes didicere, senes perdenda fa-  
teri, (2)*

(2) Horat.  
Ep. 1. lib. 2.  
7. 23.

*Erubescant. Unde certum est, optimè  
per Recensiores statutum esse, ut in Phi-  
loso-*

losophicis nemini nomen demus , & ea  
præ cæteris methodus philosophandi ma-  
ximi facienda sit , quæ veritatem spar-  
sam in singulis colligit , & authoritati il-  
li tantum pondus concedit , quam re-  
cta veritatis cognitæ ratio , non autem  
aliqua sive libera , sive debita in discipu-  
lis erga Magistrum ( nisi Divinum fatea-  
ris ) propensio afficiat. Quanquam Ty-  
ronibus Magistro necessarium sit crede-  
re , ut philosophari incipient ; rudes e-  
nim præceptis informari exigunt : atta-  
men cum maturum eisdem ingenium  
fuerit , ipsa etiam , ut sciant , Magistri  
præcepta ad serium examen debent re-  
vocare. *Maximam actionem esse putent  
repugnare visis , obſistere opinionibus ,  
& affensus lubricos inquirendæ veritatis  
cauſa (3) sustinere.* Ilisque solum a-  
quiescant , quæ rectæ rationi conformia  
deprehenderint. Deprehendent autem ,  
si ad tollendas omnes penitus remoras  
in veritatibus cognoscendis , ad id unum  
omnes conatus revocaverint : ut quæ-  
cunque olim cognita habuerint , aut di-  
dicerint , ita deponant ; ac si ab ipsis  
cognita nunquam fuissent : neque enim <sup>(4) Seneca  
de Benef. l.</sup> est levitas à cognito errore discedere : (4) 4. cap. 38.

*nam beatus est, cui etiam in senectute  
contigerit, ut sapientiam, & veras op-  
Tusci. 5. Cicer. niones assequi possit. (5)*

## VI.

*Adam habuit scientias infusas.*

**H**Anc autem scientiam à Patre lumenum Primi Hominis menti in ipso creationis signo infusam defendimus. Deus enim creavit hominem, & secundum imaginem suam fecit illum: consilium, & linguam, oculos, & aves, & cor dedit illis excogitandi, & disciplina intellectus replevit illos, & creavit illis (1) Eccles. v. 6. scientiam spiritus. (1) Hinc juverit hujus rerum humanarum, & Divinarum scientiae originem altius repetere: quæ quidem non à Barbaris, ut cum Laer- (2) In Proem. tio (2) nonnulli autumant, initia sum- sit; sed ab ipso Deo: ut illa proinde merito *Donum*, & *inventum Deorum*, (3) Cicero Tusci. 1. (3) quo nihil majus à Diis immortalibus hominum vitæ datum est, aut dabitur, (4) Cicero de Leg. 1. haberī consueverit (4) non illud tamen, quod aliqui opinantur, Adamo concedimus, ut perfectam rerum omnium, quæ absolute intelligi possunt (ita enim uni-

unice & sapit , & intelligit Deus ) & omnium etiam eorum , quæ humano ingenio comprehendendi valeant , cognitionem habuerit ; Verum tantam accepit solum , quantam primi Parentis ratio , ac innocentiae status exposceret , ita ut continua meditatione in Philosophicis cognitionibus in dies profecerit .

## VII.

*Ad scientias speculativas acquirendas Logica est necessaria.*

Cum vero in hujusmodi scientiis capessendis plurimæ se offerant difficultates , quæ maximum sane ponunt obstaculum ; in illis proficere desiderantibus , illam sapientiæ partem adire necesse est ; quæ per reliquas omnes manat , ac funditur ; quæ teste Seneca : *præfert lumen , per quod acies dirigatur ad verum.* (1) Etsi Plato *ad disciplinas omnes facilius perdiscendas interesse omnino Geometriam dixerit* ; (2) quanto nos æquiori jure amoenissimam *Logicæ facultatem* per omnes scientiæ partes vagari , & nullam absque illa posse comparari dixerimus : *Cum ipsa sit quasi de cœlo*

1) Epist. 88.

2) 7. de Rep.

*lo delapsa ad cognitionem regula, ad quam  
2) Cicer. de omnia judicia diriguntur. (3) Hinc  
Finib- merito existimamus *artificialē Logicā*  
iis præsertim disciplinis comparandis,  
quæ Metaphysicis innituntur speculatio-  
nibus, omnino esse simpliciter necessaria;  
cui falso assentiamur, neque unquam ca-  
4) Cic. libr. ptiosa probabilitate fallamur. (4)  
3. de Fin.*

## VIII.

*Ad scientias Mathematicas Logica  
non est necessaria.*

**C**Æterum quamvis absque Logicæ spe-  
culationibus Sapientem in oratione  
sine lapsu non futurum dicerent Stoici,  
1) Laert. l.  
7. seg. 46. (1) nec sapientem futurum Socratem mo-  
2) Apud Pla- neret Parmenides, (2) ut non abs re-  
ton. in Parm.  
3) Apud Pla- donum Deorum (3) artem omnium ar-  
ton. in Phil.  
4) Cicer. in tium maximam, (4) disciplinam disci-  
Brut. plinarum, (5) modum sciendi (6) Sa-  
5) D. Aug. pientes vocaverint ipsam: *Mathemati-*  
1. II. Ord. c. *cus* tamen, quique eas noverit faculta-  
12. *Arist. r.* tes, quæ ab usu magis & observatione  
*Meth. 15.* pendunt, quam a longa Syllogismorum  
serie; sine *artificiali Logica* verum a fal-  
so dignoscere, & quod probabile, &  
quod

quod ambiguum dicatur, dijudicare poterit. Hac remota licebit rite interrogare, atque respondere, acutum & ingeniosum, cautumque omnino in dicendo & fore, & visum iri Sapientem: immo facultates Mathematicæ sunt ipsæ ad <sup>Plato in Timæo.</sup> eruditionem via, (7) attolluntque animum ad veritatem, atque ita ad philosophandum præparant cognitionem. (8) <sup>Idem 7. de Repub.</sup> Quin Plato, (9) & cum ipso complures Philosophi, à scientiis Philosophicis condiscendis prohibuerunt eos; qui Geometriam, & Mathematicum prius pulverem non excusserint. Scimus ad disciplinas omnes facilius perdiscendas interesse omnino, attigeritne Geometriam aliquis? Verba sunt Platonis Lib. VII. de Republ.

## IX.

*Dantur Ideæ in intellectu humano.*

**Q**uisquis demum idearum primus inventor: an *Plato*? (1) an alias quis-<sup>(1) Corsinus in Logica p.</sup> piam sit existimandus? & in quo pro formalí constituenda sit earum notio? propositi nostri ratio non est, in re tam dubia & à viris sapientissimis tam validis argumentorum momentis disceptata, <sup>I.</sup> sensu-

sententiam ferre. Illud tamen certum est, rem nomine *Idea* significatam, non humanæ mentis figmentum, ut perperam nonnulli contendunt; sed rem esse, cui vera, & propria dicta existentia conveniat. Nihil itaque est aliud *Idea*: quam *Spiritualis quædam imago, quæ ab intellectu nostro concipitur, dum aliquid sine corporeo phantasmate contemplamur*; ut optime proinde dixerint alii: *Ideam esse primum objectum nostræ mentis, & quod*

(2) *Idem in proxime & immediate obversatur.* (2)

*Parte 2. c. 2.* Certum enim ac exploratum habemus; cum aliquod objectum mente nostra cognoscitur, ipsius quasi imaginem aut figuram effungi: veluti rosæ imago in speculo depingitur; ut dein intellectus mediante hac *Idea* sive imagine exerceat suas operationes: quod clarissimum fit in reminiscentia præteriorum objectorum; in qua, quasi imaginem rei præteritæ impressam menti nostræ contemplamur. Unde non est, cur negemus *Idearum existentiam: cum sine Idea nec*

(3) *Cic. Academ. IV. c. 7. intelligi quidquam, neque dici aut disputari potest.* (3)

## X.

*Dantur Ideæ Divinæ ab essentia Di-  
vina indistinctæ.*

**Q**uod vero hæ Ideæ non solum in  
creato; verum etiam in intellectu  
increato locum habeant; patet ex illa  
similitudine, & simulacris creaturarum,  
ad quæ Deus operatus *ad extra* saltem  
in signo priori respicit: *Quia sapientia  
Dei, per quam facta sunt omnia, secun-  
dum rationem continet omnia, antequam  
abrijet omnia.* (1) Cum igitur in ra-<sup>(1) Aug. in  
Joan. c. 1.</sup>  
tione, & pondere ab æterno omnia con-  
stituerit; effectuum Ideas in se conti-  
net: *quaæ ab essentia Divina, cognita ut  
participabili à creaturis, sunt indistinctæ.*

## XI.

*Ideæ spirituales nobis sunt innatae.*

**S**apientis est veri reperiendi causa (si  
opus fuerit) & contra omnes Philo-  
sophos sententiam dicere. (1) Licet i-<sup>(1) Laet. In-</sup>  
gitur magnam concedamus auctorita-<sup>tit. c. 7.</sup>  
tem, Sapientissimo illi non intelligendi  
solum, sed etiam dicendi gravissimo Au-  
thori, & Magistro Platoni, (2) suisque <sup>(2) Cic. Acad.  
dem. I. c. 30.</sup>  
*Academ.*

*Academicis in Philosophicis*; in hoc tamen ab ipso discedimus: quod *Ideas* ab *æterno animabus nostris in latibulis Paradisi delitescentibus, innatas fuisse putaverit teste Cartesio.* Cum providissimo igitur modo nominato *Cartesio* in duplicem *Ideas* seriem distinguimus: *primas* dicimus esse *sensuales*, quæ aquiruntur mediantibus sensibus, vel à parte rei dantur earum objecta, aut similitudines; ut forent *Ideæ* floris, auri, hominis, & arboris. *Secundas* appellamus *spirituales*, quod per sensus non fiant; nec à parte rei dantur earum exemplaria, aut similitudines, ut *Ideæ* veritatis, doloris, & existentiæ; harum posteriorum licet non ab *æterno*, à signo tamen creationis animarum; existentiam repetimus. *Cum enim sensus propter illorum imbecillitatem non possint de se* (3) *prædictas Ideas efformare*; Supremum Numen animæ nostræ; cum *organizatio corpori* jam conjuncta fuerit, eas indidit, ac impressit: *ea tamen lege, & quasi fædere inter utramque corporis, & animæ substantiam sancito*, ut *incorporeæ sive spirituales imagines à mente, seu intellectu percipi non possint*; nisi prius

3) Cic. de fin. lib. i.

*prius ab aliquo sensuali, vel corporali I-dea excitarentur.* (4) Atque hoc modo facilius intelligi, ac explicari potest? <sup>(4) Cœsinus Logicæ part. 1. c. 2.</sup>

*modus ille arcarius, quo rationalis anima humano corpori conjungatur.*

## XII.

*Criterium non est ponendum in sensibus.*

**S**apientes Veteres, tum Recentiores, ut certa ab incertis sine ullo prorsus errore secernerent, *Criterium* quod Piam constituerunt: *quo veluti Lydio lapide vera à falsis secernere, veluti charactere confusa, & obscura cognoscere licet.* Atque hæc fuit ratio: quæ impulit Pyrrhonicos cum Academicis negare omnem veritatem, quod hujusmodi *Criterium*, sive normam veri assignare non potuerint, quæ foret percipiendi nota, (1) *judicandi & assentiendi regula*, (2) *veri & falsi dignoscere occasio* <sup>1) Cic. Academ. IV. c. 2.</sup> (3) *Quia vero veritas cognoscitur par-* <sup>2) Idem Academ. I.</sup> *tim per intellectum, partim per sensus;* <sup>3) Idem Academ. VI. cap. 12.</sup> *Epicurus cum Asclepiade in solis sensibus criterium locavit dicendo:*

- - - à sensibus esse creatam

4) *Lucret.* Notitiam veri neque sensu posse refelli. (4)  
 Plato autem, cum quo Parmenides, &  
 Heraclitus, solam rationem, & intelle-  
 ctum Criterium esse dixerunt; sensus au-  
 tem propter illorum imbecillitatem non  
 5) *Aug. de posse vera judicare.* (5) Aristotelem se-  
 Civit. DEI cuti Peripatetici, media incedunt viâ;  
 VIII. cap. 7. & cum duplex sit rerum natura, sensibi-  
 lium & intelligibilem; duplex admit-  
 tunt Criterium: sensuum, rerum videli-  
 cet sensibilium; Intelligentiam, rerum  
 6) *Emp. ad- vers. Log. 1. Serm. 217.* intelligibilem. (6) Ideo Criterium ipsi  
 partim in sensibus locarunt, partim in  
 intellectu. Nos Platonis subscribimus  
 sententiae, & cum sensus minime sint  
 7) *Laertius IX. Seg. 22.* exacti & idonei ad judicandum, (7)  
 evidentiam nostri judicii, Criterii regu-  
 lam constituimus: quam firmam dicimus  
 intellectus adhæsionem in aliqua re; ut  
 ab ea non avelli se posse sentiat, & in op-  
 positam partem trahi, neque enim decipi-  
 8) *Manil. tur ratio, nec decipit unquam.* (8)  
*Astr.*

## XIII.

*De futuris contingentibus ante decre-  
tum Diuinum non datur deter-  
minata veritas.*

**Q**uae in *Criterio* veritas reperitur, materialis est, & definitur: *Conformitas Criterii*, seu tandem *Ideæ cum objecto conformitas*; formalis vero in *judicio* solum fundatur veritas, quæ est e-*jusdem judicij conformitas cum Idea*, seu cum objecto per *Ideam*; sicut falsitas *ju-<sup>1) Corfinius  
de Log. p. 4.  
cap. 3.</sup>*dicij cum Idea est *difformitas*. (1) For-  
malis veritas nulla dari poterit sine ma-  
teriali: si itaque futura libera contin-  
gentia, etiam contradictoria, ante Dei  
determinantis decretum (si quod fingat-  
tur signum decreta illa præcedens) re-  
ferantur, neutrum definite verum vel  
definite falsum, ut optime D. Thomæ  
Discipuli afferunt, possumus pronuncia-  
re: *Solus enim Deus fecit, quæ futura  
sunt, quia futura sunt, quæ esse præce-  
pit.* (2)

2) D. Am-  
bros. lib. 5.  
de fide c. 7.



## XIV.

*Logica est simpliciter scientia, & nullatenus ars.*

**P**Riusquam ex singulis *Logicæ* partibus, que habent quoddam commune vinculum, & cognatione inter se continentur.

1) Cic. pro *tur*, (1) aliqua discutienda proponamus; juverit ipsam *Logicam* investigare.

2) Idem in *Brutum*. Illam artem artium maximam, (2) di-

3) Aug. lib. sciplinam disciplinarum, (3) Donum Ord. c. 13.

4) Apud *Pla.* Deorum (4) Veteres nuncuparunt; pa-

ciores tamen ipsam simpliciter scientiam existimaverunt; quorum nobis placito arridente, dicimus: *Logicam scientiam rationalem* peroptime inscribi posse. Etenim à Cicerone vocatur *differendi ratio*, & *scientia*, ex qua cum summa utilitas existit ad res ponderandas, tum maxime ingenua delectatio, & digna sapien-

5) Cic. *Tusci.* V. c. 25. & te *scientia*, (5)

*de leg. 1. c.*

24.

## XV.

*Logica est simpliciter speculativa, & nullatenus practica.*

**Q**uia vero ex communi institutione à fine singulæ facultates suam sortiuntur denominationem; & talis denomi-

nina-

minatur una quælibet esse , qualis est ultimus finis ; *Logica* haud immerito speculativis adnumerari scientiis , & ne in parte quidem practicis accenseri potest : quandoquidem *finis speculativa est veritas , practica autem opus.* (1) Et quia<sup>1)</sup> *Aristoteles Metaph.*  
*Logica* tres suas mentis operationes ad <sup>11. cap. 1.</sup> solam veritatem indagandam , & cognoscendam dirigit , *sola rationem habet , ne cui falso assentiamur , neve unquam captiosa probabilitate fallamur : ac sine hac scientia quemvis à vero abduci , fallique posse arbitramur.* (2) Demum si *pra-*<sup>2)</sup> *Cic. Ill. fin.*  
*Etica* dicatur illa facultas , quæ non nisi ad aliquid opus *extra intellectum* dirigitur ; quod certe cum D. Thoma optime defendi poterit ; *hanc utique laudem meretur Logica , ut ceteris speculativis habitibus accensetur ; cum semper ad unius intellectus opera , sive varia cognitionis vel speculationis genera dirigatur.* Ita Edvardus Corsinus in sua Præfatione ad Logicam §. XVII.

## XVI.

*Physica est Scientia.*

Ceteras inter Philosophiae partes principem sibi omnium Sapientum iudicio ea vendicat locum, quæ cum naturalia vel corruptibilia corpora complectur, *Physica* vel *Naturalis disciplina* nomen obtinuit; quia ipsa τὴν ἀερινὸν φύσεων δευτεραν πάσαν ἔχει, universam juxta Epicurum, *de natura speculationem complecti*.

1) Laert. lib. tur. (1) Neque est enim ulla sapientiae pars, quæ ab antiquissimis usque temporibus apud singulas, rudiores etiam barbarasque gentes floruerit; aut quæ melioribus studiis mirifice semper illustrata fuerit non acuratissimis tantum Philosophorum observationibus, verum elegantissimis etiam veterum Poëtarum carminibus exornata: *Dulce nimirum est animorum ingeniorumque quoddam pabulum consideratio, & contemplatio natu-*

2) Cic. IV. ræ, (2) quia Natura parens ineffabiles Acad. voluptates in iis excitat, qui & caussas pernosse cupiunt, & ingenuè philosophan-

3) Arist. I. tur. (3) Quapropter vix animo com-  
Part. Ani-  
mal. cap. 5. prehendi poterit, quo consilio nonnulli Philosophorum hanc Facultatem, quæ  
botam

*totam naturæ speculationem complectitur, (4) qua erigimur, elatiores fieri videmur, humana despicimus; cogitan-*

Latr. lib.  
X. Seg. 30.

*tes, quæ supera & cœlestia, hæc nostra ut exigua & minima contemnimus, ut præclare inquit Tullius, (5) e Scien-*

s) De Natu-  
ra Dei lib. L

*tiarum alvo expunxerint, cum Physica nulla forte antiquior sit scientia, quæque potiori jure eximum hoc Scientiæ nomen sibi vindicet.*

## XVII.

*Objectum Physicæ est Corpus mobile.*

**P**eculiaris ratio & institutum *Physicæ* est: Naturam *Corporum* contemplari, circa ejus existentiam dissidentes summopere invenimus *Idealistas*; Corpus enim dari nullum cogitant, sed *nobis ipsis dicunt, nostrisque animis impressas esse corporearum rerum imagines, quas quidem nos corpora arbitramur, cum tamen revera phantasmatæ sint, & pro illusionibus debeant reputari.* (1) In-

(1) Corfinius  
sanit certe hoc genus hominum, atque *in Phys. Ge-*  
*ner. Tract. l.*

eos etiam evidentissimis rationibus, non fidei solum placitis obstringimus; dolent proinde doctissimi Viri monstruosæ huic

*Idealistarum* opinioni, si non excitandæ confirmandæ saltem apud Infideles, occasionem dedisse *Malebranchium*, virum alioquin Catholicum, & à Doctrina plurimum commendatum. Datur ergo *Corpus*, quod æquali nomine *materiam* passim nominant Recentiores; Nos vero ab ea consulto distinguimus, & *Materiam* dicimus partes, quas invicem distinctas ratione concipimus, & mente separamus, tanquam unitates in numero, ex quibus collectis simul habeatur postmodum extensio sive *Corpus*; *Corpus* igitur est id ipsum, quod ex dictarum partium unione resultat, tanquam numerus ex unitatibus; sive est ipsa extensio, vel partes ut extensæ.

## XVIII.

*Moleculæ Leibnitianæ sunt materia-  
le principium omnium Corporum.*

**Q**uodlibet autem Corpus natura propria constat, eam autem ex certis quibusdam intrinsecis coalescere principiis omnes consentiunt Philosophi; at tamen quam maxime dissident in eorum numero ac natura assignanda. Alii nimurum

mirum *prima principia Corporum Metaphysica*, quæ sensibus omnibus impervia, solum intellectui cognita esse volunt; Alii *Mechanica*, quæ vario motu, figura, & magnitudine, juxta severiores Mechanicæ leges operentur, cumque tenuissima sint, *imaginatione solum, non externis sensibus comprehendantur*; (1) (1) *Corsinus Tract. I. Physic. Gen.* Alii denique *sensibilia* statuunt, quæ sensibus ipsis subjecta maximèque perspecta sint, sed neque *Metaphysica*, neque *sensibilia* posse esse prima, & quidem intrinseca *Corporum principia* docemus, *Mechanica* igitur vindicamus: Hæc autem neque Epicureorum *Atomos* sive corpuscula intelligimus, quæ sint expertia vacui, sempiterna, interitus secura, & quæ confringi non possint, neque deformationem partium admittant, neque alterationem, & sola mente cernantur, moveantur in vacuo & per inane. (2) (2) *Plut. lib. I. de Plac. Verum neque Gassendi, Civis Diniensis, Phil. cap. 3.* alioquin in rebus Philosophicis peritissimi, *Atomos* emendatas licet intelligimus; sed pro *primis principiis* statuimus cum Leibnitio probatissimo Philosopho *Moleculas* (*Monades* appellat D. Augustinus) quasdam exilissimas inæqualis magnitu-

gnitudinis, diversæ figuræ, simplices & incompositas, incorruptibiles & ingenerabiles, quarum aliquæ jugi motu præditæ sint, aliæ in quiete consistant; ex quibus veluti *materiali principio* quævis corpora & omnia composita componantur ea quidem lege: ut *Fluida* ex Moleculis jugi motu præditis, *Solida* vero ex posterioribus quietem amantibus constuantur.

## XIX.

*Ælementariorum & Chymicorum principia in vanum defendunt complures ex Recentioribus esse prima.*

**H**inc falsitatis arguuntur, qui unum vel alterum ex quatuor vulgaribus *Ælementis* prima rerum principia asseruerunt, aut qui cum Empedocle omnia quatuor, dicentes:

*Radices primum rerum tibi quatuor edam*

*Jupiter aethereus, Juno vitalis, & Orcus,*

*Et Nescis lachrymis humanos que rigat alveos (1)*

r) Plut. lib.  
1. de Plac.

Phil. c. 3. Jovis enim nomine intelligunt *Ignem*,  
Juno-

nis vitalis *Aerem*, Plutonis *Terram*, Neftis *Aquam*. Unde Lucretius inquit:

(2) *Placuisse Empedocli elementa esse  
quatuor: Ignem, Aquam, Terram, Aerem.* <sup>2) Libro 8.  
Seg. 7.</sup>

*Amicitiamque, qua copulentur, &  
discordiam qua dissident.* ait autem sic:

*Jupiter altus & alma soror Juno atque  
potens Dis,*

*Et Nestis, lachrymis hominum quæ lu-  
mina complet;*

Hæc denique (3)

*Nonnunquam connectit Amor simul o-  
mnia rursus* <sup>3) Ovidius  
Lib. I. Met.</sup>

*Nonnunquam sejuncta jubet contentio  
ferri.*

Hinc nec magis subsistit *Chymericorum* de primis principiis sistema; qui tanti propriam artem faciunt; ut eam dicant *fuisse primo Parenti in principio creatio-  
nis infusam*, ab hoc deinde *Filiis & Ne-  
potibus traditam*; post *Noenum excul-  
tam a Patriarchis*; *propagatam ad Her-  
metem*. qui ad *summa perduxit*, & po-  
steris inter arcana commendavit. *Huic  
soli deberi Sapientie nomen*, *scientiam  
esse rerum divinarum abditissimarum, &  
inexplicabilem*, *verum opus naturæ ma-  
gnum, sed profanis occultandum, subsi-  
dium*

dium universale & longe maximum ad pellendos morbos omnes, & ad conservandam saeculis multis sanitatem reme-

4) *Laothag-nolus de usu Chymie.* dium. (4) Nihilominus licet ingenu fateamur plurima in rem Medicam &

Physicam, immo & in Publicum frequenter autem privatum ab hac omnium certissima longeque ceteris praestantissima Facultate derivata fuisse commoda, eam tamen neque *Arabum* inventis antiquorem esse; neque ejus adeo jactata principia *Sal*, *Sulphur*, & *Mercurium* aut prima aut vera esse censemus.

## XX.

*Pythagoras in assignatione primorum principiorum immerito censetur admisisse deliria, & vanas (ut inquit Aristoteles) cantilenas.*

**M**irari tamen quis poterit, quod licet antiqui Philosophi ab invicem differre videantur de rerum principiis,

<sup>1)</sup> *Simpl. in Phys. Test. etiam si aliam causam pro principio dicant 8.* pulchre tamen consentiunt; (1) etenim quam materiam, tamen solum eam valere

<sup>2)</sup> *Arist. II. Phys. significant.* (2) Hinc illustiores Philosophorum sententiae de rerum principiis ali-

aliqua ratione conciliari , atque inito  
veluti fœdere conjungi possunt. Hinc  
egregium illud Italiæ sapientiæque de-  
cus Pythagoras omnia ex *numeris* veluti  
intrinseco materiali principio generari  
non asseruit , sed solum secundum *nu-  
meros omnia fieri autumavit.* (3) Nec <sup>3)</sup> Stobæus  
obstat , quod Pythagorici esse dixerint :  
*numerum entia* ; quia sic suas corporibus  
speculationes accommodaverunt , ut si  
ea ex *numeris* constarent , (4) quando- <sup>4)</sup> Plutar. I.  
quidem ita coalescit ex suis partibus sin-  
gulum *corpus* , & eam dicunt in eo par-  
tes ad se invicem dependentiam , unio-  
nem & respectum , quem dicunt in *nu-  
mero unitates* conjunctæ. Quod sane  
doctrinæ genus licet sit obscurius , plu-  
rimisque verborum ambagibus involu-  
tum ; si tamen ingenuè perpendatur : ne-  
que à veritate , neque ab aliorum etiam  
Philosophorum sententia plurimum dif-  
fidet , cum Aristoteles ipse docuerit : *re-  
rum formas esse numeris similes.* (5) <sup>5)</sup> Ill. Me-  
Empiricus autem existimavit : omnia nu- <sup>tam. cap. 18.</sup>  
mero adsimilari ; nosque à sacris literis  
erudiamur , omnia à DEO facta esse *in  
mensura , & numero , & pondere* (6) <sup>6)</sup> Sapient.  
ut optime proinde dixerit Plato : *DE-  
UM*

*UM Geometriam in efficiendis rebus exercere.*

## XXI.

*Xenophanis, Parmenidis, Melissi,  
Et Platonis de primis principiis  
Doctrina commode revocari pos-  
test ad rectam rationem.*

**X**enophanis quoque, Parmenidis,  
atque Melissi sententia paulo libe-  
<sup>1) Phys. c. 2.</sup> rius traducitur apud Aristotelem, (1)  
cum illi non unicum esse rerum omnium  
principium immobile & aeternum existi-  
maverint, ut ideo *agrestiores & conten-*  
<sup>2) Arist. 1.</sup> *tiose syllogisantes* (2) videri deberent;  
<sup>M. t. cap. 1.</sup> sed de unica immobili aeternaque rerum  
omnium congerie, vel universo, sive de  
communi corporum omnium materia;  
<sup>3) D. Thom.  
1. Phys. Lect.</sup> (3) sive denique Theologice de DEO  
<sup>10.</sup> loquerentur. (4) Xenophanes enim *qua-*  
<sup>4) Simpl. XI.</sup> *tuor esse rerum omnium elementa ase-*  
<sup>Ph. f. 2.</sup> *ruit,* (5) quamvis, ut alii referunt, so-  
<sup>5) Laert. IX.</sup> *lam Terram, aut Terram simul & Aquam*  
<sup>6) Empyr. admiserit.</sup> (6) Sicut Parmenides duo  
<sup>Hypot. III. 4.</sup> *esse ait rerum principia sive elementa*  
*Terram, & Ignem, hancque opificis, il-*  
<sup>7) Laert. IX.  
Farm.</sup> *lam materia locum habere.* (7) Eadem  
est

est ratio Melissi. Nulli tamen acerbior injuria irrogata fuit quam Platoni: dum illius *Ideæ* ab Aristotele veluti vaniloquia, metaphoræ Poeticæ, cantilenæ insulsæ habitæ sunt. Platonis enim ipsius testimoniō Authores gravissimi ostendunt, *quod Socrates & Plato Ideas statuerint spirituales à materia quidem separatas in ipso tamen intellectu & imaginatione Dei subsistentes.* (8) Neque Divinus ille <sup>8)</sup> Plutar. *Plac. I. Cap.* Philosophus *Ideas* ullas agnovit à DEO <sup>10</sup>, vel à singularibus, quibus illæ impressæ fuerint separatas; hinc in vera Platonis sententia nihil aliud est *idea*; quam ipsa natura Divina, quatenus secundum aliquem similitudinis gradum participabilis est à creaturis. (9) Duo igitur ex mente Platonis sunt rerum principia *Materia, & DEUS;* cum autem DEUS sit: agens per intellectum, oportet ut omnium, quæ producit, habeat similitudines ideales (10) quod eleganter expres- <sup>9)</sup> D. Thom. <sup>10)</sup> Divus *Thom. ibid.* sit Boetius his versibus: quod DEUS

cuncta superno  
Dicit ab exemplo pulchrum pulcherri-  
mus Ipse

*Mundum mente gerens, similique in* <sup>11)</sup> de con-  
*imagine formans.* (11) <sup>sol. III. metro 3.</sup>

## XXII.

*Cartesii de primis principiis sententia ad meliorem frugem, & saniores Philosophiam potest comode revocari in sensu sequenti.*

**Q**uoniam si non omnium, melioris saltēm notae Philosophorum sententiam vindicare ab omni erroris periculo Provinciam nostram fecissemus, *tria Cartesii elementa* ad meliorem frugem, quantum ad physicos pertinet revocamus; revocatur autem: si recte rationi & Scripturarum de mundi origine Historiae reddatur conformis.

Homogeneam primo Deus creavit materiam, collectam primo, & subinde extensam; ac distinctam in *tria* (quæ *Cartesius* statuit) *elementa*, in *Striatam* scilicet, *Globosam*, atque *Subtilem*, quibus Cœlum & Terram efformaret, secundum illud Scripturæ: *In principio Deus creavit Cœlum, & terram.* (1)

*1) Gen. c. 1.  
v. 1.*

Mundus autem erat informis & confusus, cum ex ea materia sive corporum principiis jam efformatis universam orbis pulchritudinem eruere volens Deus

*motum*

*motum* illis communicavit , quo agitatæ simul in communi & particularibus *vorticibus* ( tot solum admittimus *vortices* , quot sunt Planetæ demto Sole ) separari partes ad invicem cæperunt , & quod aptius ad motum erat , fuerat *pulvisculus* , qui vorticis circumferentiam illico occupavit , & hinc Lux : & quia *tenebrae* erant super faciem abyssi , dixitque Deus , fiat lux , & facta est lux. (2)

<sup>2) Ibid. v. 2.</sup>  
�3.

Proxime secuti sunt *Globuli* , & cum horum inæqualis esset moles , qui tenuiores ideoque velociores recesserunt magis à centro quam grandiusculi ; idcirco sicuti *Globuli* extra materiam *striatam* volvebantur , ita *Globuli* ipsi minores extra grandiores latiori quidem & distincto circuitu , commune tamen circa centrum effluxerunt , & sic facta est *globosi fluidi* distinctio , hoc est , aquarum ab aquis segregatio : Piores *Cælum* DEUS appellavit , posteriores adhuc *aqua* nomen retinuerunt . Dixit quoque Deus , fiat firmamentum , & dividat aquas ab aquis. (3)

<sup>3) Ibid. v. 3.</sup>

Residuorum *Globulorum* alia facta est die tertia divisio , cum circumeundo ob eandem legem tenuiores *Globuli* separarentur

C

rentur à minus tenuibus, & non perfe-  
cte globosis sive ovalibus, ideo ex primis  
*Aer*, ex secundis *Maria* (quæ proprie-  
appellantur aquæ) facta sunt: cum in-  
terim arctius *striatæ* materiæ particulæ,  
ob continuam circumvolutæ materiæ  
tum aereæ, tum cœlestis, quam lucidae  
pressionem, locum aptum & latos adi-  
tus, vallesque, quibus tanquam in unum  
locum *aqua* congregaretur, apparue-  
rint, & apparuit *terra*: *Dixit vero*  
*Deus, congregentur aquæ, quæ sub Cælo*  
*sunt in locum unum, & apparuit ari-*

4) *Ibid. v. 9. da. (4)*

Tandem ex luce *Solem*, & alia *Sidera*  
per divisionem ipsius efformavit, & in  
*Firmamento* posuit, cum partes ipsas  
globosas disgregaret, aditumque in ipsis,  
quibus statuta materiæ portio contine-  
retur, peculiari motu & potestate ape-  
rire: *Dixit autem Deus, fiant lumina-  
ria, fecitque Deus lumina:ia magna &*  
*stellas, & posuit eas in firmamento Cæli,*

5) *Ibidem v. ut lucerent super terram. (5)*

15. 16. 5 17. Postremo ex hac divisione, sepa-  
ratione, & in dicta corpora particularum  
transmigratione, superfuerunt in com-  
muni motus *vortice* particulæ solum  
*stria.*

*striae*, quæ in unum collectæ *Planeta-*  
*rum* locum occupaverunt. *Dixit au-*  
*tem Deus: fiant luminaria in firmamen-*  
*to Cœli, & dividant diem ac noctem, &*  
*sint in signa & tempora, & dies & an-*  
*nos.* (6)

<sup>6) Ibid. v. 14.</sup>

Hæc est nostra circa Cartesii quoad o-  
 riginem, modum ac dispositionem pri-  
 morum principiorum opinio; quæ &  
 Scripturarum authoritate, & Patrum,  
 D. Augustini præsertim consensu fulci-  
 tur. *Quapropter Cartesii acumen admi-*  
*rationi fuit merito omnibus Sapientibus,*  
*quia ejus systema rite dispositum, doctri-*  
*næ ipsius concatenatio, ejusque ordo bene*  
*excogitatus deprehenditur.* (7) Non  
 defuerunt tamen, qui censoria virgula  
 in ipsum invehementur, quod ab *Ultra-*  
*jectanae Universitatis Theologis factum,*  
 hoc ab illis de *Cartesii* doctrina scribitur:  
*Ejus scilicet Philosophiam effræni vitæ*  
*favere, & Atheismum inducere.* (8) <sup>8) Vide E-</sup>  
 Grave profecto judicium, quod ampla <sup>phemerid.</sup>  
 apologia ab eodem *Cartesio* fuit confu- <sup>Gall. 31. An.</sup>  
 tatum, deinde à tot aliis, qui *Carte-*  
*sium* secuti sunt, & qua late patet or-  
 bis, doctrinam ejus disseminarunt. Ce-  
 teris illius operibus prælo editis, illum,  
 C 2 quem

quem de *Mundo Tractatum* absolyit, Literatorum Respublica accensere voluisse; sed amor in Romanam Ecclesiam, quam semper ut Matrem veneratus est,

o) *Corsinius* & cui se omniaque scripta subjicit, (9)  
Principi<sup>o</sup> *Phi-*  
*loj. Part. IV.* editionem ipsius impedivit. Annum a-  
§. 207. gebat 54, dum Holmiam venit *Sueco-  
rum Reginæ Christinæ* votis obtempera-  
turus, ibique obiit 11. Februarii Anno  
1650.

## XXIII.

*Peripateticorum prima principia non  
sunt admittenda.*

**U**niversum itaque Philosophorum omnium discrimen de corporum principiis uno capite continetur; quod in generatione substantiali *novam entitatem a veteri distinctam produci* Peripatetici existimant. Ceteri vero omnes Veteres Recentioresque Sapientes *ex sola particularum dispositione, unione, & accidentium congerie novum esse sensibile fieri vel prodire arbitrentur*. Ex quo tria Peripateticorum principia Materia: quæ *pura potentia*; Forma: quæ *actus*;

Pri-

Privatio: quæ *nihil* (in sensu rigoroso est) rejici consequenter debent.

Concludendum est igitur

*Primo:* Licet privatio *in fieri* necessario debeat admitti, assumi tamen exinde ut principium non potest, cum ipsa nihil aliud sit: quam *ipsa materia ut privata forma subsequente.*

*Secundo:* Debet quidem admitti Materia ut commune corporibus omnibus principium, ea tamen in se spectata non est, ut Peripatetici docent, *pura substantialis potentia*, cum habeat suam existentiam independenter ab omni forma.

*Tertio:* Datur & existit forma, & ut quidem principium corporum distinctivum, ipsa tamen non est, ut Peripatetici contendunt: *Substantialis quadam entitas distincta physice a materia*, sed est: ut conclusio sequitur.



## XXIV.

*Forma substantialis est ipsa unio nova & recens particularum sive Molecularum Leibnitianarum.*

**Q**uo fit, ut Formam, quam dicunt substantiam corporis physici, vitæ tamen expertis, in sola diversa *Molecularum dispositione*, & *Mechanicis* earundem affectionibus Recentiores merito collocant. Ex his igitur ingenerabilibus & indivisibilibus particulis, sive *Monadibus*, (ut inquit Divus Augustinus) resultat immediate omnis forma substantialis, ita quidem: ut ex ipsis solium diversimode positis, unitis & intertextis simul, omnes in *Physicis corporum species*, amplissimas licet & varias, profici sci volumus. Neque enim, ut vulgo creditur a Peripateticis, crasse per hoc philosophamur, quia commode & optimè quidem potest cum prætitulatis Recentioribus fūstineri: *in sola Molecularum harum dispositione atque textura omnes corporum species, & singulorum*

2) Corfinius in Phys. Gener. Tract. I. compositorum essentias consistere, (1) quemadmodum ex ipsa, simplicium entitatum

tatum unione , ratio omnis corporis in genere resultat.

## XXV.

*Impossibile est , ut plures formæ informent eandem numero materiam.*

**Q**uotidiana docemur experientia , neutquam informari posse eandem numero materiam *naturaliter* duas formas substantiales , totales , & non subordinatas ; tota ergo controversia in eo sita est : an id saltem per absolutam Dei potentiam , sive *supernaturaliter* evenire non possit ? *Affirmativam* innumeris argumentorum momentis adstruunt Recentiores , variisque id experimentis physicis probare contendunt . *Negativam* autem invicte probat D. Thomas dicendo : *Quia talis forma , quæ compateretur secum aliam , esset actus primus & non esset , quæ contradic̄tio neque supernaturaliter admitti potest.* (1) Nos <sup>1)</sup> l. p. quocirca Angelico adhærentes Doctori ejusdem subscribimus sententiæ statuentes : *Impossibile esse in una & eadem (intelligitur materia) plures formas sub-*

stantiales, totales, & non subordina.  
Idem ibid. tas. (2)

## XXVI.

*Totum non distinguitur realiter a partibus simul sumtis.*

**Q**uia vero Recentiorum sententiae non eam obstrinximus fidem, ut visa adversariorum ratione & argumentorum eorundem firmitate placita nobis sequi saniora interdixissimus; ideo ultimo hoc capite Aristotelii subscribimus

i) *V. Met.* docenti: *In toto nihil debere aliud agnoscit, quam ejusdem partes collectim sumtas.* De quo idem testatur D. Thomas

Doctor Angelicus, (2) expresse traditur ab Aristotele, ubi loquens de materia

et Gen. cap. 25. forma, sive corpore & anima inquit:

τὸ δὲ ἔχει τὰ φύσις μὲν ὁ νκεῖται, φύσει δὲ οἷον ὁ ἄνθρωπος, id autem, quod ex his est,

natura quidem non est, sed est, & constat natura: ut Homo. (3)

Quamvis igitur & Recentiorum, super hac mate-

ria in contrarium doctrina, non sit penitus ob firmatatem eorum argumentorum contemnenda, præeligimus tamen priorem ponendo: *Totum compositum*

C 5 sub-

*substantiale non distinguitur realiter a suis partibus simul sumtis & unitis.*

## XXVII.

*Corpus non est divisibile in infinitum.*

**Q**uia autem *materiam* per hoc distinguimus a *corpore*, quod per illam nihil significare volumus, quam *Moleculas* sive *particulas* *simplices*, quas *Possitione XVIII.* pro principio materiali statueramus; *Corpus* autem nominamns *compositum illud*, quod *consurgit ex illarum particularum textura & unione.* (1) <sup>1)</sup> *Corfinius Phys. Gener. Tract. 2.*  
 Inde evidens veluti conjectarium sequitur: *Corpus*, spectatis ejusmodi principiis, non esse in infinitum divisibile, ut tanta contentione propugnant multi Mathematicis potissimum demonstrationibus innixi; quos tamen velim cum *Chrysostomo Magneni*, & *Christiano Wolfio* tantum in Mathematicis disciplinis, quantum quisque vel legerit, vel audiverit, versatis intelligere: nullum in hac re esse Mathematicis demonstrationibus pondus; ubi enim *corporis rationem physi-*

ee non invenit, *Mathematicus* illud sibi efficit per imaginationem, atque constituit, vel supponit.

## XXVIII.

*Radicalis trina dimensio est essentia corporis physici.*

**G**eometriæ speculations ad sensibilia transferre cupiens Cartesius: naturam Corporis Physici *in sola extensione positam esse contendit*; ut nihil proinde sit corpus physicum, nisi substantia secundum trinam dimensionem extensa. Huic Cartesiano errori facem prætule-

<sup>1) in Timæo.</sup> *rant* Plato (1) & Stoici; (2) contra

<sup>2) Sex. Empir. adverf.</sup> sentiunt Epicurei constitutivum corpo-  
<sup>phil. lib. r. n.</sup> <sup>367. Salibi</sup> ris in *actuali impenetrabilitate statuen-*

*tes.* Ceterum rei alicujus essentia vocatur illud, quod ipsi adeo peculare est, ut ei, non modo omni, sed soli ac perpetuo conveniat, verum etiam quod ejus indolem ingrediatur, & quo nihil prius

<sup>3) Legrand. in eadem reperiatur:</sup> (3) Noverat, id <sup>Animadv.</sup> profecto ante cæteros Nemesius ille Pla-

<sup>6. c. 6. phys.</sup> <sup>Rochauld.</sup> tonicus, dum ait: πᾶν μὲν σῶμα τριχῆ δια-

σατον ἐπί τε τρικῆ διασατον σῶμα, *corpus omne triplici dimensione est praeditum*, at

quid-

*quidquid triplici dimensione est prædi-  
tum, non est corpus.* (4) Novit hoc <sup>4) Prefatio  
in spirit.</sup> idem Gassendus, ubi dimensionem ait es-  
se quidpiam corporeo, & incorporeo  
commune; neveruntque singuli, qui ante  
trinam dimensionem, ejus trinæ di-  
mensionis subiectum ponunt; quod ita  
a nobis asseritur, ut neque *Gassendi* sen-  
tentia probetur, quæ *impenetrabilita-  
tem corporis* docet esse constitutivum.  
Trinam igitur dimensionem convenire  
corporibus omnibus affirmamus, sed i-  
psam primariam illorum proprietatem  
non constitutivum esse putamus, quod  
optime salvatur in subiecto; quod tri-  
nam exigat dimensionem.

## XXIX.

*Locus melius definitur esse spatiū  
occupatum à corpore, quam cir-  
cumdantis corporis immobile ex-  
tremum primum.*

**Q**uodsi fortasse loci naturam incor-  
poream esse quis dixerit, non in-  
de tamen existimet, illam cum Dei, vel  
Angelorum, vel animæ rationalis sub-  
stan-

stantia conferri posse, ut quemadmodum ista spirituum genera incorporeæ substantiæ sunt propriis affectionibus præditæ, ita quoque locus ipse inter incorporeas ejusmodi substantias haberi debat. Trismegistus hæc certe de incorporeâ loci natura docebat, dum locum ipsum dixit : *esse mentem se se omnino complentem & liberam*, (1) verum id ab illo metaphysice dictum credi par est, vel si literaliter id explicandum sit, a nobis, certe hæc sententia refellitur, nihilque statuitur, quod illius inanis naturam longe simplicissimam non exhibeat; quippe qui locus neque figuram habet ullam, neque efficit aliquid, sed solum excipere corpus potest, sit ne vero locus? Spatium occupatum à corpo-

s) Phys. scđt. t. lib. 2. de loco cap. 2. οντως περισ ἀκινητὸν πρῶτον, circumdantis corporis immobile extreum primum,

3) IV. Phys. text. 36. cap. 4.

quod acerrime Aristoteles profitetur, (3) intelliget, qui loci munera alterutri ex his locis melius attribuet, hoc est continere corpus, repleri a corpore, ejusdemque loci immobilitatem explicabit. Plurima sunt a quibus, ut Gassendi sententiam probemus, impellimur. Præcipu-

cipuumque illud est : primos Philosophos hanc ideam loci tradidisse (4) ne-<sup>4)</sup> *Themist.*  
que tamen *Aristotelis* opinionem omni-<sup>in 4. physic.  
text. 36</sup>

no falsam , & absurdam esse arbitramur.

### XXX.

*Non repugnat dari vacuum disseminatum.*

**V**Acuum autem illud , quod a Cartesio e rerum natura prorsus excluditur , a plerisque Philosophis aliis admittitur. Neque tamen dixeris novam hanc esse sententiam , Stoici siquidem illam docuerunt stroto , Pythagorici Ecpanthus , Asclepiades , & ex Mathematicis Hero longa oratione differuit existere disseminatum vacuum κατά φύσιν natura , & posse quandoque coacervatum dari ὥσπερ φύσιν πράτερ φύσιν τόδε Κενὸν εἴτε ποιῆσαι , εἴτε παθεῖν δοναται : αλλοὶ Κινηματινοὶ μόνον διὰ εἰαυτῶν τοῖς σώμασι πνορέκεται : est autem inane ejusmodi , ut neque agere , neque pati quid valeat ; sed motum dumtaxat , quem liberrimum transiuntibus per ipsum corporibus praebeat . (1) <sup>i) Prefat. in spiritu</sup> Hæc ad Herodotum Epicurus . Lo-

cum ,

cum, in quo nullum est corpus, vocat vacuum Aristoteles, discrimenque inter corpus & inane, Democritus, & Plutarchus illud idem habent, quod inter rem & illius privationem plurimum sane probant, quæ recentiores Philosophi momenta proferunt, at inane saltem disseminatum dari demonstrent, ut difficile profecto sit illis non assentiri; hoc se feliciter præstare potuisse Rochaultius

<sup>2)</sup> Phys. p. 1. <sup>(2)</sup> Robertus Grefin putarunt (<sup>3</sup>) ideo cap. 8.  
<sup>3)</sup> Princip. que Cartesii hyppotesis hac etiam in par philos. de vi <sup>expansiva l.</sup> te a Nevvtono ejusque sectatoribus jure  
<sup>7. S. l. s.</sup> refutatur.

## XXXI.

*Tempus melius definitur, quod fit successiva rerum mutabilium duratio, quam quod fit mensura motus secundum prius & posterius.*

**T**empus denique, quo nihil familia-  
 rius, & notius in loquendo com-  
 memoramus, explicari vix potest, si

<sup>1)</sup> Libr. II. nemo, ajebat D. Augustinus, (<sup>1</sup>) ex me Confessio n.  
<sup>17. alias cap. 14.</sup> querat, scio, quid sit tempus, si queren-  
 ti explicare velim, nescio: fidenter enim

dico scire me, quod, si nihil præteriret,

non

*non esset præteritum tempus , est si nihil  
esset , non esset præsens tempus , id uni-  
cum itaque statui posse videtur , quod  
cum tempus in successiva rerum muta-  
biliū duratione melius fortasse colloce-  
tur , non esse mensuram motus secun-  
dum prius & posterius . Hinc fit , ut  
ex Epicuro Lucretius canat , quod (2) <sup>2)</sup> Lib. I. v.  
<sup>460.</sup>*

*Tempus item per se non est , sed rebus  
ab ipsis.*

*Consequitur sensus transactum quid sit  
in ævo;*

*Nec per se quemquam tempus sentire  
fatendum est.*

## XXXII.

*Datur supernaturaliter penetratio ,  
licet non sit dabilis naturaliter.*

**Q**uantum insanit genus illud sapien-  
tum , qui naturaliter dari pene-  
trationem contendunt , nemo est , qui  
non videt ; cum & in præsentiarum ni-  
mium desudent assertores supernaturalis  
dumtaxat penetrationis in spinosissimis  
difficultatibus solvendis adversæ senten-  
tiæ sautorum , qui licet viribus superna-  
tura-

turalibus ideoque infinitis peragi concedant, tamen nimium delaborant se ab extricandis hujusmodi validis argumentorum momentis; quomodo igitur viribus naturalibus ideoque finitis, & imperfectis concedi poterit virtus illius modi? certum proinde, naturaliter non posse duo corpora adæquate distincta, singulis quantitatibus constantia ( de his enim nostra procedit quæstio ) esse simul in eodem loco, licet posset id fieri supernaturaliter seu viribus supernaturalibus, ita Angelicus Doctor Divus Thomas in 4. dist. 44. Qu. Art. 2.

### XXXIII.

*Replicationem non solum naturaliter, verum & supernaturaliter dari replicat.*

**F**irmis argumentorum momentis rationumque ponderibus probat Angelicus Doctor Divus THOMAS AQUINAS repugnantem omnino esse præsentiam *circumscripтивam* ejusdem corporis in duobus, aut pluribus locis: *ponere enim, quod unum corpus sit localiter in*

in hoc loco, & tamen sit in alio, est posse  
nere contradictionia simul vera; quod a  
Deo fieri non potest, (1) cui doctrinæ fa- 1) 3. part. q.  
vet S. Augustinus Lib. 10. contra Fa- 76. Art. 1. in  
stum Cap. 11. Nec mirum; quia si to- corpore, &  
tum est in aliquo loco, quomodo to- quodlibet. 7  
tum simul erit in alio loco, si nihil de  
eo potest esse in alio loco, quoniam igitur  
unum totum non potest esse simul in  
diversis locis totum, consequitur, ut per  
singula loca sint tota, si in singulis simul  
aliquid esset totum. (2) Non est hic 2) S. Ansel-  
animus sententiam oppositam, quæ val- mus in Mo-  
de probabilis est, neque illius Authores, nologio cap.  
quos ut Catholicos pios ac doctissimos  
veneramus inurere vel leviori nota, id ta-  
men hic adnotamus fuisse *Apollinaristas*,  
*Eutychianos*, & *Monothelistas* Hæreti-  
cos, qui, teste Nicephoro Patriarcha, 3) Tom. 4.  
Constantinopolitano, (3) asseruerant, Bibliot. VV.  
Christum Dominum secundum naturam PP. column.  
humanam non fuisse circumscriptum ali- 1121. & cap.  
quo loco determinato, sed ubique exi- 2do.  
stere, quare iidem sunt Ubiquistæ cognoscendi,  
& merito a Synodo Generali  
Nicena condemnati, contra quos in sa-  
no sensu, & doctrina Fidei Catholicæ di-  
cimus Christum fuisse circumscriptive in

Cœlo dumtaxat *definitive* tamen , aut *Sacramento* liter in omni loco , ubi fit vel asservatur Divinissimum ALTARIS SACRAMENTUM.

## XXXIV.

*Datur motus , qui melius , licet obscure , ab Aristotele , quam a Cartesio definitur.*

**N**unc motum localem aggredimur , de quo parum sollicita vetus Philosophia , ipsum vel cursim duntaxat spe-  
1) Libro 3. Physic. Etavit , vel penitus omisit ; *quo tamen ignorato* , vel ipso teste Aristotele ( 1 ) *ipsam quoque naturam ignorare necesse est* ; nec modo Physica tollitur , quæ corpus mobile contemplatur , *sed omnes quoque aliae scientia , & opiniones , seu artes , qua sine motu peragunt nihil.* Quamobrem ingenue fatendum est , nullum revera exstitisse Philosophorum , qui motum negaverit , quem sine motu linguae negare non poterant . Jam quod ejusdem naturam spectat ; Aristotelis definitio , quamvis non satis clara , qua motus definitur : *actus entis in potentia*

*tia prout in potentia (2) longe tamen* <sup>2) lib. 3. phys.</sup>  
*est verior definitione illa Cartesii , qua* <sup>c. 1. text. 4.</sup> *capite. 3.*  
*illum dicit: esse translationem unius cor-* <sup>text. 2.</sup>  
*poris ex vicinia eorum corporum , que il-*  
*lud immediate contingunt , & tanquam*  
*quiescentia spectantur ad viciniam alio-*  
*rum , (3) cui definitioni , certe motus* <sup>3) 2. p. Princ.</sup> *cip. n. 25.*  
*proprietates , & natura convenire non*  
*possunt.*

## XXXV.

*Continuati motus causa nec est se-*  
*cundum Aristotelem aeris recur-*  
*sus , nec aeris Elaterium , sed vis*  
*dumtaxat projiciens , & impel-*  
*lens.*

**I**N projectis corporibus inquiritur, quæ-  
nam in ipsis sit causa continuati mo-  
tus? ubi a funda, vel a manu, vel a tor-  
mento bellico globus aliquis expellatur,  
illum a projiciente corpore recedere  
statim conspicimus; inæqualiter tamen,  
quod aliquando per longiora, vel bre-  
viora spatia feratur. Id vero qua ratio-  
ne continget, si aeris recursus conti- <sup>1) Sententia</sup>  
nuati hujus motus causa putanda foret? <sup>am hanc tue-</sup>  
ut Aristoteles existimavit, (1) certe in <sup>tur cum quo</sup> *Peripatetici.*

hac Hypothesi , motus nunquam sine aeris recursu continuari posset , quod <sup>2) VIII.Phys.</sup> tamen & ipse Philosophus ( 2 ) impro-  
<sup>cep. ultimo.</sup> bat , aliquique plurimi , qui pluribus in ca-  
sibus , etiam si neque detur , neque dari  
possit aeris recursus , attamen continuari motum animadverterunt , ut in sclo-  
po pneumatico , vel alio quoque tubo , ubi globi amplitudo cum tubi am-  
plitudine congruat . Videbantur melius  
cogitasse , qui aeris elaterio effectum  
hunc concedebant , melius tamen a pro-  
jiciente vi continuari motum defendi-  
mus ; donec , vel ab aeris resistentia , vel  
ab ipsa projecti corporis gravitate non  
extinguatur , ac veluti inutile falsumque  
repudiamus , quidquid *Leucipus* . *Demo-*  
<sup>3) Apud Litt.</sup>  
<sup>eret.lib.2.v.</sup>  
<sup>132.</sup>  
<sup>4) Princip.</sup>  
<sup>2. num. 36.</sup> *critus* , & *Epicurus* , ( 3 ) inter Veteres  
& Recentiores Cartesius ( 4 ) tradide-  
runt , ut ab aliis fontibus ejusdem effe-  
ctus causas derivarent .

## XXXVI.

*Quies non est quid positivum, sed so-*  
*lum privatio motus in corpore.*

**C**uncta quiescere in propriis locis , ex  
veteribus pauci contendebant , quos  
propte-

propterea σεβιώτατοι ἀφυσιωτέοι statarios,  
 & non naturales merito nuncupatos Empi-  
 ricus testatur. (1) Nam quæcumque <sup>1)</sup> Lib. 2. ad-  
 natura constant, videntur in se ipsis ha-<sup>versus Phy-</sup>  
 bere principium motus, (2) mirum au-<sup>2)</sup> Aristot.  
 tem est, quam inter se summi Viri con-<sup>phys. 2. c. 1.</sup>  
 tendant Physicarumque rerum peritissi-<sup>text. 3. § 1.</sup>  
 mi, ubi quietis naturam proponunt.  
 Permanentiam corporis in loco, dum  
 quietem esse definiunt, satis inter illos  
 convenit; an vero quies sit pura motus  
 privatio? acerrime disputatur, positi-  
 vam quietis naturam tuetur *Cartesius*; (3) <sup>3)</sup> Princip.  
 motum æque appellari posse cessationem  
 quietis, & quietem cessationem motus  
 contendit, *Regis* (4) positivos esse quie-<sup>4)</sup> Phys. lib.  
 tis effectus, dum corpora omnia intue-<sup>1. p. 2. c. 5.</sup>  
 tur, quæ natura sua motui resistunt,  
*Perraultius* pronunciat; (5) *Clericum* <sup>(5)</sup> Tentamen phys. T.  
*Malebranchium* probabiliora statuisse sen-<sup>1. pag. 92.</sup>  
 timus, dum quietem puram privationem  
 motus esse definiunt; non vero vicissim  
 motum privationem quietis, corpus,  
 quod movetur, includit potentiam, quæ  
 illud creavit, illudque moveret, secus ve-  
 ro corpus, quod quiescit, solam poten-  
 tiā, quæ illud creavit: sufficit itaque  
 Deum desinere velle corpus moveri, ut

non amplius moveatur, & actu quiescat.

## XXXVII.

*Aer non est corpus leve, ut aliqui contendunt, sed est grave, & quidem gravitatis positiva.*

**N**on assentimur Pythagoricis, qui aerem agitatum appellarunt animam, ex qua vitales omnium animalium motus disfluerent: Id a Poeta afferitur

*Et qui quatuor ex rebus posse omnia  
rentur,*

*Ex igni, terra, atque anima progresce-  
re Sibiri;*

Et quod putant

*magnum per inane coacta  
Semina terrarumque animaque maris-  
que fuisse. (1)*

1) *Lucret. I.  
I. v. 15.*

2) *de Cælo* Nec audimus Aristotelem, (2) qui dices tantum aquam graviorem aere experiebatur, refelluntur cæteri, qui nullam in aere gravitatem reperiri posse, vel contentiose magis, vel perspicacis ingenii ostendendi causa, quam probabiliter jactitabant, *Wolphius* cubicum aeris pedem tanti ponderis invenit, ut attingeret

geret gradus circiter 507, alii aquam ita graviorem aere affirmarunt, ut vel 400. vel 480. 852 vicibus eidem præstaret: sed dum graviorem adhuc *Borelli*<sup>3)</sup> aliique experiebantur, aquam aeris præponderare definiverunt 1175. vici-<sup>3) Loco cita-  
to et experi-  
ment. Acad.  
Florent.</sup> bus, aut 1179. Quum vero communi-  
ter profiterentur omnes, Mercurii colu-  
mnam 28. pollicum æquiponderare co-  
lumnæ aereæ ejusdem latitudinis cum Barometro, nonnulli Philosophi univer-  
sum etiam pondus aeris supra tellurem  
insistentis mensurarunt, statuerunt vel  
librarum 13073277074741409878735,  
vel ut alii 668736000000000000, un-  
de intelligimus, quam impudenter & te-  
mere inter levia corpora numeretur aer  
a quibusdam, ideoque optime illius gra-  
vitatis effectus illi adscribi debent, qui  
ab illis per horrorem vacui explicaban-  
tur; ita vero perpendiculariter gravita-  
tem exercet aer, ut eandem etiam exer-  
ceat Horizontaliter: (4) ex quo illud ori-  
tur, quod non sentiamus hujusmodi pondus,  
quod æqualiter partes omnes aeris & mu-  
tuo comprimantur.

*Causa gravitatis non sunt probabilius effluxvia illa terrea, quæ undequaque elevata super terram corpus gravitant, sed substantiæ subtiles, quæ illud in subjectam partem recta dirigunt.*

**I**N gravitatis origine, natura ac essentia assignanda ita Philosophos alioquin sapientissimos intuebimur constitutos, ut notissimæ perspectissimæque hujus rei originem nitide certissimeque demonstrare non possint, affirmari idem de Cartesii sententia potest, dum subtilem quandam sibi fingit substantiam, à cuius pressione reliqua inferiora corpora ad centrum terræ impellantur. Opponent alii plurima contra Gassendum,

2) Phys. secl. 1. lib. 5. c. 2. (1) dum per vim magneticam telluris, corporum gravitatem demonstrare se posse confidit, harum opinionem sententiarumque discrimina certe nobis ostendunt, de summa re disputari, ubi gravitatis origo perpenditur: gravitas illa sic ab Hugenio percipitur, *ut sit nius*

*sus quidam inclinatione ad motum;* (2) <sup>2)</sup> *Disserta-*  
*ideoque verisimiliter oriri debeat ab ali-*  
*quo motu, a perenni scilicet celerique*  
*motu, quo ætherea substantia circa tellu-*  
*rem in orbem volvatur quoquo versus,*  
*ut a centro fugiat, eoque adigat corpo-*  
*ra, quæ motum eum non sequuntur.*  
*Sed quanquam egregio experimento in*  
*hac sententia confirmatum Hugenium*  
*intelligamus (3), negari tamen non po-*  
*test, plurima esse ab illo subtiliter sta-*  
*tuta, quæ levis conjecturæ limites non*  
*excedant, & quibus facile dissentiri li-*  
*ceat. Simplicior fortasse videri poterit*  
*Recentiorum doctrina, & non contem-*  
*nendum argumentum, cui illi præcipue*  
*innituntur, si tamen ita dixeris corpora*  
*ad terram descendere, non: quia attrac-*  
*huntur a viribus Magneticis, sed quia*  
*ab his viribus impellantur per subtilissi-*  
*ma illa substantiae subtilis effluvia, quæ*  
*undequaque elevata super terram, & cor-*  
*pus, quod gravitare dicitur, in subje-*  
*ctam oppositamque partem recta diri-*  
*gunt. Subtili autem huic substantiae di-*  
*rectionem motus perpendiculararem in esse*  
*statuimus, cum Edvardo Corsino.*

<sup>2)</sup> *Dissertatione de cau-*  
*sa gravitatis*

<sup>3)</sup> *Loco cita-*  
*to vide Ro-*  
*hault. Phys.*

*p. 2. c. 28.*

*n. 8.*

*Duae causæ totales & adæquatæ non possunt eundem numero effectum producere.*

**S**ermo noster non procedit de duabus causis , sibi invicem subordinatis , nec diversi generis , sed ejusdem , quia de causis diversi generis , nulla est difficultas , clarissimum enim est omnes quatuor causas inveniri in aliquo effectu , difficultas proinde est de pluribus ejusdem generis totalitatis , adæquationis virtutum ; ideo cum *D. Thoma* , *Capreolo* , *Cajetano* , & communiter cum modo titulati Sancti Doctoris sequacibus asserimus , omnino nullatenus posse fieri , ut idem numero effectus à duabus causis , vel etiam pluribus adæquatis totalibus & non subordinatis producatur , constituatur . Quidquid proinde asserant Adversarii in contrarium , semper erit verum : aut non esse causas adæquatas operantes ; aut non esse eundem numero effectum productum .

*Mundus non nisi temere & minus  
prudenter animatus defendi poter-  
rit.*

**C**ommuniter quidem Recentiores Philosophi Mundum inanimatum defendunt ; illud tamen certum est instaurisse Platonem , (1) quod Pythagoras <sup>1) in Timaeo.</sup> primum , (2) deinde Stoici tradiderunt , <sup>2) Plut. in</sup> videlicet mundum esse ἐμψυχὸν καὶ νοετόν <sup>quest. Plat.</sup> animatum & intelligentem , quod etiam placuit Socrati , ut apud Xenophontem inquireret , unde animam nos ipsi arri- puerimus , si nulla fuit in Mundo ? sunt & , qui Cabballistæ appellantur ejusdem sententiae patroni ; notantur Chimici , ceterique tum Philosophi , tum Poetæ . Zoroastres illis facem veluti prætulisse ostenderetur , si quæ illius nomine circumferuntur oracula , cum severioribus Criticis apocrypha non haberemus , etenim inter cetera hoc legitur :

Καὶ ὁ ποιητὴς ὅστε αὐτογεγῶν τεκτῆνατο τὸν  
κόσμον

Oὐδὲ Νέος ἔκδορε πρῶτος

E'σσα-

Εσσάμενοι πυρὶ πῦρ, συνδέσμων ὁ φρας κεράση

Πεγάσις πρωτῆρας, ἐπί πυρὶ ἀνδρὸς ἐπίσκων.  
Νοεραῖς ἀστράπτει τομαῖς, ἐρωτῷ δὲ ἐνέπλησε τὰ πάντα.

3) *Apud Jo-* Quod sic Latine vertit Patricius (3)  
*ann. Cleri-*  
*cum oper.* *Et opifex, qui ipse agens Mundum fa-*  
*Philos. T. 2.* *bricatus est,*  
*Qui ex mente exilivit primus*  
*Indutus igne ignem vinculum ut tem-*  
*peret*  
*Fontanos crateres, sui ignis florem co-*  
*hibens*  
*Intellectualibus fulget sectionibus, a-*  
*more vero implevit omnia*

interpretatur Clericus de *anima mundi*,  
intelligenda, quæ *mundum procreavit*,  
& *rerum connexionem, & symmetriam*  
*tuetur.* Animam hanc mundi à mente

4) *Aenead.* generatam addebat Plotinus (4) ipsam  
*v. l. 2.* indistinctam Deo Thales & Laertantius tra-

5) *Divin. ju-* didit: 5) *Dous est, inquit animus per uni-*  
*versas mundi partes omnemque naturam*  
*commeans, ex quo omnia vitam capiunt.*  
*Nobis vero ab hujusmodi opinionibus pe-*  
*nitus cavendum esse censemus, si nude*  
*ac liberaliter accipiatur, quod si allego-*  
*rice*

rice illas intelligamus , nil fortasse ha-  
bebunt , in quo reprehendi debebunt.

## XLI.

*Mundus est quidem creatus in tem-  
pore , potuit tamen creari ab æter-  
no tam quoad entia permanentia ,  
quam quoad successiva.*

**I**llud inde emergit contra Hæretico-  
rum omnium , atque Atheistarum  
perfidiam , mundum unum esse factum  
in tempore , & a Deo unice factum ,  
quidquid in *Eo* , sive in *Cœlis* , sive in  
*Terra* pulchritudinis admiramur ; Pau-  
lo attentius eandem orbis pulchritudi-  
nem utinam impiissimi homines conside-  
rassent ; quam aperte in tanto singula-  
rum rerum ordine , & mira conjunctio-  
ne summæ sapientiæ imaginem & vim  
Numinis agnovissent ; neque *fortuito* ,  
aut aliqua *necessitate* compingi potuisse ,  
uti asserunt , tam admirabile opus aper-  
te vidissent . Quem licet factum in *tem-  
pore* non dubitemus ; potuisse tamen e-  
xistere ab æterno quoad *entia perma-  
nentia* Peripatetici descendunt ; Verum-  
nos

nos quoad utrumque etiam, *successivo-  
rum scilicet & permanentium entium di-  
stinctionem*, mundum ab æterno con-  
stitui, sustinemus.

## XLII.

*Dantur Cæli, qui sunt fluidi & non  
solidi.*

**D**um vero ad pulchriorem Mundi partem, *Cælos* videlicet contemplandos, mentis aciem convertimus, si Newtonum audiamus, ipsi nulli sunt, sed *Stelle* ac *Planete* in *inanis* prorsus *spatio* moventur. Hujusmodi placitum aperta *Scripturarum Sacrarum* auctoritate resellitur. Unde mirari satis non possumus; quo modo Catholicis quibusdam Viris, & etiam Hæreticis, qui sacrorum librorum autoritatem omnino non respuant; tam facile arriserit. Qui autem *Cælorum* existentiam probant: inter se postmodum summa agitantur quæstione, an *Solidos*, an *Fluidos* esse constituent. In eam vero sententiam nos libenter descendimus; quæ *Cælo-  
rum fluiditatem tuetur*; tot enim, & va-  
riis

riis inter se motibus *Sydera*, *Cometas* præsertim, repetitis Astronomorum observationibus ferri compertum est; ut non nisi in *fluidis Cælis* tam *ellipticam* illorum vertiginem, quam *trajectorias*, uti plerumque ajunt, aut nulli addictas certæ legi, ut alii afferunt, posteriorum *directiones* explicare ullo modo possimus.

## XLIII.

*Fluidus est Sol, & a perpetua subtilis substantiae agitatione ac motu oritur ejusdem calor & lux.*

**F**luidam quoque esse *Solis* & aliorum inerrantium *Syderum* substantiam Astronomicis erudimur experimentis; Qui vero fieri poterit *Solem* ardere perenniter, lucem uberrime quoquo versum continuo diffundere, neque tamen decrescere, & tandem consumi? Hoc utique verebatur *Aristoteles*, qui propterea quintæ cujuspiam substantiæ *Solem* habuit, & illius lucem (1) neque ignem, <sup>1)</sup> *De Cælo* neque omnino corpus esse, <sup>i.c. 2.</sup> *text.* <sup>13.</sup> *neque corporis ullius defluxum, ετε αποφρονη σωματο-* *υστενος, sed esse presentiam ignis, aut rei cuius-*

*cujuspiam huiuscemodi in ipso perspicuo.*  
Melius igitur opinantur illi, qui lucis originem ut ostenderent, illam ex tenuissimæ substantiæ partibus repetendam voluerunt; quamquam in explicanda illius

<sup>2)</sup> *Cartesius* natura different. Ut alii (2) cum *Car-*  
*Princip. p. 3.* <sup>n. 45.</sup> *testo* totam lucis substantiam semper in

aere reperi opinarentur, & tunc tanquammodo apparere, dum a *Solis* alteriusque lucidi corporis præsentia excitatetur; Alii vero vetustissimos Philoso-

<sup>3)</sup> *Apud Sa-*  
*muel Clarch*  
*in notis ad tonem,* *Leucippum & Democritum,* na-  
*Rohault.* phorum (3) secuti: *Empedoclem, Pla-*

*naturam lucis constituerent: in perenni particularum effluvio, quod per lineas rectas à Sole aliisque lucidis corporibus erumperet. Vulgaris itaque præconcep- tæque opinionis vitio putarunt aliqui posse *Solem* consumi, præcipue si elementari igne alimentari ab his concedatur; ut proinde in *Concavo Lunæ* conservetur, afferentes cum Plinio:*

<sup>4)</sup> *Luca. 10.* <sup>v. 258.</sup> *Oceano pasci Phæbumque Polumque (4)*

Quamquam nos id fabulosum putemus; spectata igitur penitus ignis natura, eundem formaliter a *Solis* & *Syderum* disco eliminandum esse censemus, & in *Sole* virtualiter solum, ut ajunt, contineri;

neri; quatenus perpetua subtilis substantiae, qua *Sol* ipse componitur, agitatione & radiorum lucis reflexione varia, ipsum ignem in terris producat.

## XLIV.

*Quod mare sit salsum ab ipsa salinorum partium quantitate; quod sub æquatore mare sit salius superiorus, quam in fundo, a Solis ardore; quod in America pluribus in locis in fundo maris sint aquæ dulces, a fontibus & fluminibus subterraneis repetendum est.*

**A**ltitudinem Maris seu profunditatem diversam esse, a diversis acceptimus: altissimum mare *quindecim stadiorum* Fabianus tradidit; *triginta Cleomedes*; *viginti* plerique ex Recentioribus; illustriores tamen alii Geographi maximam *triginta duorum stadiorum* altitudinem esse prodiderunt: Verum circa *Taprobanem*, *Daniam*, *Sueviam*, *Floridam* & prope Polos tanta est Maris profunditas, ut explorari hactenus non potuerit. Illud interim pro comperto

E ex

ex Hydrostaticis præsertim habemus legibus , altiorem esse Telluris , quam Oceani superficiem . Ex dissolutis pariter salis ac bituminis fodinis maris falsedinem , atque amaritiem concipere cum *Theophrasto* ac nuperis omnibus Philosophis debemus ; non autem a solis ardore , vel sudore telluris , vel ex aliis ejusmodi causis , quas effingere complures consueverunt . Ex dulcibus tamen pluviarum ac fluminum aquis dulcedinem mare non contrahit , quod maxima licet illius pars in vapores solvatur , eadem tamen salis quantitas in mari derelinquitur , cui ipsa flumen aqua immiscetur . Salsius tamen ut plurimum in fundo solet esse mare , quam in superficie ; sub æquatore tamen oppositum penitus adnotatur ; & in *Americanis* quibusdam locis aquæ dulces , sub ipsis salsis in eodem maris fundo inveniuntur . Ex tribus hisce phænomenis primum : *ab ipsa salinorum partium gravitate & quantitate repetimus* ; Secundum : *ex solis radiis* ; qui cum fortius in subjectas agant aquas sub æquatore ; maximamlevant vaporum copiam , unde major etiam salis quantitas , qua vapores ipsi gravantur , in

in superficie remaneat , necesse est . Tertiū tandem : ex *subterraneis fontibus* , atque *fluminibus* , quæ impetu suo aquas maris , licet graviores aliquantulum elevent , quò statim commisceri eisdem non valeant ; ut in ipsis fluminibus *Pado* præfertim vel *Tyberi* , ipsi etiam Itali experiuntur , quæ in ipso maris sinu per aliquod spatiū dulcedinem præferunt , ubi in mare irruperint .

## XLV.

*Æstus* , sive fluxus & refluxus maris certa causa & infallibilis a Philosophis hactenus non fuit assignabilis .

**N**ihil est tamen , quod stuporem magis incutiat , ostendatque , quam simus naturalium effectuum , totiusque vitæ imperiti ; quam motus ille , qui in quibusdam fluminibus , fontibus , & lacubus , præfertim vero in mari videtur , & *Æstus* sive fluxus & refluxus maris appellatur ; Motus hic a vetustissimis temporibus veluti portentum haberi consueverat ; dein vero ita explicatu diffici-

lis visus est; ut adhuc illius vera causa occultetur. Potuerunt quidem pluri-  
mi ad *Lunam* confugere; quæ *præsentia*

<sup>1)</sup> Plutarch. *sua subjectas maris aquas premeret.* (1)  
<sup>2)</sup> cap. 17.

Potuerunt alii supponere mutuam cor-

<sup>2)</sup> Newton. *porum gravitatem, Lunæ in maris aquas,*  
*Phil. Natu. aquarum maris in lunam;* (2) Potue-  
*Princ. Lib. 3.*

*Prop. 24.* runt tandem ceteri confugere *ad motum*

<sup>3)</sup> Gassend. *Terræ.* (3) Sed statutis hisce omnibus  
*Physic. Sect.*

*III. Lib. 1. c. causis, meliorem eligere ex illis difficile*

*4.* *est. Ubi maris æstus lunæ motum æ-*  
*mulari conspicitur, verisimilius effectus*  
*hic lunæ tribuendus videtur; occurrit*  
*tamen, quod nos a proposito dimovet;*  
*nimirum constans ac invariatus Maris*  
*æstus, dum interea plurimum illius cau-*  
*sa luna mutatur; ubi ad vim adtractri-*  
*cem, quam lunæ alii concedunt, nos con-*  
*vértimus, observamus atit ex incerto*  
*principio, quod certum est, explicari;*  
*aut non cohærere causam hanc cum mo-*  
*tibus illis, qui vehementiores sunt pro-*  
*pe Polos, in *Zona Torrida* debiliores,*  
*quum potius oppositum sequi deberet.*  
*Ubi tandem motum Terræ in *Eliptica**  
*contemplamur; quæ sècum lunam abri-*  
*piat, modo sibi proximam, modo re-*  
*motam, ideoque fortius lentiusque im-*  
*pellen-*

pellentem , quæ inter illam & terram quoquo versum sunt , corpora ; ingeniosam certe hypothesim intuemur : & si libeat meliorem ceteris ; sed eam tamen , quæ suis obnoxia est difficultatibus . In maribus omnibus , variisque temporibus idem semper æstus non est , (4) sed in quibusdam exiguis , in aliis maximis , nullus in ceteris : major *equinoccitorum* tempore , minor vero in *Solsticiis* ; quæ singula , aliaque complurima , nisi explicentur in aliqua Recentiorum hypothesi , explicari certe non poterunt in illorum sententia ; Qui causam æstuum existimant esse *Flumina & Lacus* , qui per subterraneos specus in mare erumpunt . Desagvilerius observavit lacus aliquos prope mare , in quibus aqua in marino *Affluxu* , detumescebat , contra vero intumescebat in *Refluxu* . (5)

<sup>4)</sup> Legrand.  
Histor. Nat.  
P. 4. Art. 6.

<sup>5)</sup> Ad Ann.  
1724. § 1725  
N. 384.



## XLVI.

*Fontes oriuntur partim ex nivibus  
Et pluviosis; partim autem ex a-  
quis subterraneis; Ipsorum autem  
effectus sani Et insani a Mine-  
ralibus repeti debent.*

**E**X hac abyso marium ingentem il-  
lam aquarum copiam in *Universa-  
li Diluvio*, quæ totum terræ orbem , i-  
psos etiam altissimos montes obruerat ,  
& cuius originem tanta contentione  
quærunt Philosophi , repetendam esse  
existimamus. In hac igitur hypothesi  
*Universalis ejusdem Diluvii aquæ natu-  
rales fuerunt , non miraculose produ-  
ctæ ; licet illæ per miraculum elevatæ  
præter gravitatis propriæ leges : abeun-  
te eo Aere , ubi aquæ stagnabant prius ,  
ascendentibus autem aquis eo ubi i-  
pse aer prius constiterat. Atque hinc  
etiam deduci commode posse fontium  
origo cum antiquioribus Philosophis cui-  
libet videretur , nisi ex solutis *nivibus* ,  
ac *pluviarum* copia id probabilius præ-  
stari posse nuperrimis experimentis ac-  
curatissime compertum esset. Nobis ta-  
men*

men ha&genus hærere Antiquorum placitis libet: ita tamen; *ut ex pluviis augeri omnes, nonnullos etiam oriri fontes arbitremur.* Cæterum permultos, præsertim copiosius redundantes ex subterranea aquarum abyssō haberi plura docent experimenta. Celeberrima vero fontium miracula ex *Mineralibus*, quæ in ipsa aqua immiscentur, particulis optime ipso etiam sensuum testimonio repetuntur. Hinc est, quod alii *Innoxii* & ad sanitatem maxime conducant; alii vero summopere officiant. *Quis cuique prospicit? quis eorundem sit situs? qui in Hungaria, Germania, Italia &c. celeberrimi debeat inter cæteros reputari?* aliorum est pertractare.

## XLVII.

*Datur vacuum disseminatum, licet non detur continuum.*

**N**on tamen vel adeo *Peripatetico-rum* doctrinæ sumus infensi, vel adeo mente obtusi, ut materiales res sensu & cognitione carentes, vero odii, fugæ, aut horroris affectu per ipsos moveri intelligamus, dum abhorrere a va-

eo naturam dicunt *Aristotelici*, sicuti ad conflandam invidiam *Cartesiani* plures ejusmodi effatum interpretantur; sed illam iis verbis legem ab Auctore naturae DEO institutam tacite innuunt, qua corpora *gravitate mutua & Elasticitate* sese invicem comprimunt, & sustinentur, ita ut uno abeunte corpore, aliud juxta relativam sui gravitatem succedat; unde nullum spatium, quod omni prorsus vacet corpore, relinquatur. Eadem legem & nos agnoscimus, & quam libenter, si *vacuum disseminatum* experimus, admittimus: Unde *vacuum continuum nullum dari, nee posse naturaliter dari sustinemus, bene tamen disseminatum.* Quare autem divinitus saltem haberi illud non possit, probatum satis a *Cartesio* non videmus, cum naturae legibus per miraculum supersedere valeat DEUS.

## XLVIII.

*Ventus est aer agitatus.*

**A**gitatum aerem *Ventum esse omnes* docent, & *Senecam apprime laudant, quod aerem placidum aquis, venosum*

*tosum* vero flumineis comparaverit: sed unde ipse agitetur aer? causam dum inquirunt, inter se summopere dissident. Ex *terrestribus siccisque exhalationibus* Aristoteles; ex *aqueis vaporibus* Cartesius; ex *aeris rarefactione* alii deducunt. Has omnes simul nos assumimus tanquam varias *Ventorum* causas; cum si uni adhærere velimus, nulla ex ipsis singularis *Ventorum* effectibus explicari par esse videatur. Hinc ad *Ventorum* attrahentium impetum revocamus mirabilia illa phœnomena, quæ de pluviis narrant Antiqui, qui saxa, vitulos, ferrum, lanam & alia pluisse memorant; aliunde *vorticoso motu* desumpta dimitterent: Cum vero sanguinem, lac, & liquores alios pluisse afferant, id ex terrestrium particularum, quæ admiscebantur, figura explicari facile poterit; sed verisimilius fabulosam historiam Posteris tradiderunt: mirum enim est, quod solum apud eos tantis & tot ageretur portentis natura!

## XLIX.

*Terræ motus causam sulphureos habitus collectos in copia & agitatos & etiam accensos verisimilius statuimus.*

**E**X *Ventorum impetu*, ubi in terræ visceribus excitantur, eandem concuti terram aliqui arbitrantur; Alii id ab *Aiveis subterfluentibus* repetunt: Non aliunde tamen *Terræ motus* evidentior causa petitur, quam a *subterraneis ignibus*. Subterraneos latere ignes facile credi potest, Hos innuebat apud Romanos: *Vestalis ignis*; apud Græcos: *Prytoneia*; apud Persas etiam *Pyrethria*,

1) *Burnet.* (1) & auctor libri de Mundo: *Continet, Theor. Sacr.* Tell. Lib. 3. inquit, *Terra in se, spiritus ignisque scaturigines, quarum quædam sub terra* 2) Cap. 6. *latent oculis hominum subductæ;* (2) Cap. IV. *quædam spiracula habent, emissariaque vaporis.* Ideo merito à compluribus Philosophis proximam *Terræ motus* causam esse sulphureos ignes, in visceribus profundi latitantes, elasticaque vi se diffundentes, locumque ampliorem inquietantes statuitur. Variæ ejusdem *Terræ motus*

*motus species: Pulsus* scilicet, sive *suscussionis*, & *tremoris*, atque, ut alii etiam addunt, *vertiginis* ex varia ejusdem sulphureæ materiæ directione, desumuntur; quatenus, vel in *Gyrum* torqueatur; vel *Horizont liter* pergat, aut *perpendicularlyiter* pulset terræ forniciem, & modo illuc feratur, modo repellatur. Per consensum item *Terræ motus* ad diversas Regiones propagatur; ad quod adjuvare etiam *externum aerem* Boyles expertus est: Cum vero intacto medio Urbes longe dissipatae eodem motu concutiuntur: intelligi causa facile poterit; ubi subterraneos eosdem ignes per terræ viscera serpere, qua major sulphuris ac bituminis copia reperitur, quod etiam est a compluribus observatum, supponamus; & ibi tandem impetus sentiatur, ubi resistentiam sentiat, ut testatur Lucretius: (3)

<sup>3) Lib. 6. v.</sup>

*Hac est ejusdem quoque magna causa*<sup>576.</sup>  
*tremoris.*



*Virtus Magnetis attractiva, & directiva perenni corpusculorum effluvio attribuitur a Recentioribus complueribus.*

**Q**uod Philosophorum ingenia quondam maxime exercuit, & vexavit, lapis ille fuit, quem in *Ida* monte armentorum Pastor calceorum suorum clavis hærentem aspexit; & ab illius co-  
1) Nicand. apud Plin. Nat. Hist. 1. 36. cap. 16. gnomine ceteri *Magnetem* dixerunt. (1)  
2) Question. Platonic. contigisse conjicitur, quod Orpheus Magnetem agnoverit, dum illius virtutes cecinit; illum non ignorant *Ægyptii*, quos lapidem hunc *Hori* appellasse apud Plutarchum (2) Manetheos est testis; innotuit deinde ceteris omnibus, Plato- ni, Aristoteli, Plinio, Lucretio, Clau- diano, aliisque sexcentis, quibus res ad eo mira sunt illius *facultas adtractrix*, ut Aphrodisæus: *hanc soli Deo notam prorsusque Divinam* putaverit. (3) Quid vero si *directricem quoque vim*, quam quinque fere ab hinc sæculis Joannes Goia, Paulus Venetus observarunt, ve- teres

teres illi intueri potuissent? nisi certe animatum hunc lapidem esse statuissent, quod fecit Thales, ut vim adtractricem exponeret. Vel ad effluxiones confugissent cum Empedocle, Democrito, & Platone; (4) Vel ingenue potius testati fuissent *Magnetis* vim ingeniis nostris imperviam, ac prorsus occultam esse oportere. Recentiores tamen Philosophi, Cardanus, Gilbertus, Gassendus, (5) Hugenius, (6) Musschembrok, (7) plurima tradiderunt, ut admirabiles illos effectus exponerent. Utroque tamen virtus ex eodem principio repeti, ac explicari posse videtur; quamquam experimentum incertum adhuc sit id, quod ab his communiter affirmatur, *perenne scilicet corporisculorum effluvium Magnetis* fibras penetrare, eumque ex uno in alium polam convertere. Atque utinam id quoque liceat in arcana hac lege & periodo, qua *acus Magneticae* declinatio subinde conspicitur, definire; Interim tamen ingeniosam Recentiorum Hypothesim amplectimur, ut reliquis veritati magis consonam.

4) *in Timao.*  
 5) *Phys. Sect.*  
 6) *III. Libr. 3.  
 cap. 4.*  
 7) *IV. Part.  
 Princ. N. 23.  
 Phys. Experiment.*

*Animæ rationalis naturam optime definiemus, dicendo cum D. Augustino: quod sit substantia quadam rationis particeps, regendo corpori accommodata; ex quo sequitur, quod sit incorporeæ, incorruptibilis & immortalis.*

**M**irum profecto videri debet, quod Philosophorum nonnulli *Animam* tot tantarumque incorporearum cogitationum particeps; vel *ignitam substantiam* ex levibus rotundisque particulis compositam; vel *fervidum spiritum* vaporemque mobilem, aut aerem, aut ex aliqua alia corporea, licet tenuissima, materia, conflatam esse docuerint; cum nulla vel tenuissima substantia corporea, cognitionis capax esse unquam possit.

1) *Plut. lib. Longe nobilius cum Platone (1) & Ale-*

*4. cap. 2.*

2) *Arist. lib. mæo (2), qui dixerunt: Animam sub-*

*l. de Anima stantiam intellectibilem, per se se agitabi-*

*Tom. 32.*

*lem numerum se moventem, harmonice modulatum: & mobile quiddam, quod immortale sit, simile nempe cœlestibus mo-*

*bili-*

bilibus & immortalibus ; reliqui fere omnes Philosophi de humanæ mentis natura senserunt. Quod si primis Ecclesiæ sæculis Tertullianus , (3) Irenæus , (4) <sup>3)</sup> De Anim. cap. 7. 9. Tacianus , (5) Origenes , (6) aliquique plures Patres *Ratiopalem animam corpoream* <sup>4)</sup> Libro 2. cap. 34. esse dixerunt ; aut hac in parte in errorum abrepti sunt , aut illam solum *Spirituualitatem Animæ negarunt* , quæ DEO vel Angelis convenit , ut illa respectu DEI corporeæ videretur ; aut certe , quod cum nihil creatum simul & incorporeum concipere possent ; nec Animam nihil esse dicent , eam corpus esse asseruerunt. Id inter ceteros Recentiores accuratissime probat Cartesius ; sed hac in parte a ceteris differt , & fallitur , quod ille non modo spiritualem quandam substantiam , cogitandi capacem animam esse , sed etiam mentis humanæ , vel animæ rationalis essentiam in *actuali cogitatione constitutam* esse arbitratur. Quare melius certo Animæ Rationalis essentiæ consultum iri censemus , si ipsam cum Divo Augustino (7) dicamus : *esse substantiam quandam rationis participem ; regendo corpori accommodatam.* Quod si autem animæ nostræ spiritua-

<sup>7)</sup> De quant. Anim. N. 22. al. cap. 13.

rituales sint & incorporeæ , incorrupti-  
biles etiam , & immortales admitti de-  
bent . Cujus rei maximum argumentum  
*est , naturam ipsam de immortalitate ani-*  
*me judicare , quod omnibus curæ sint &*  
*maximæ quidem , quæ post mortem futu-*

<sup>8)</sup> Cic. Libr. 7a sunt. (8)  
I. Tusc.

## LII.

*Sedes animæ rationalis in corpore hu-*  
*mano est pars Conaris Cerebri , seu*  
*Glandula Pinealis .*

**Q**uamvis spiritualis & immortalis a-  
nimæ natura attente consideranti-  
bus perspecta sit , illius tamen origo per-  
obscura videtur . Atque ut eorum erro-  
rem omittamus , qui animam cum Py-  
thagora

*Partem Divinæ mentis , & haustus*

<sup>1)</sup> Virg. Æ. *Æthereos dixere . (1)*

<sup>neid. 6. v.</sup> Unde Metempyscosis ab Ægyptiis tradi-  
ta ad Græcos etiam pervenit ; errarunt  
certe Origenes & Tertullianus animas  
rationales ex Parentibus in Filios traduci  
censentes . Supereft itaque , ut rationa-  
les animæ , Angelorum instar a Deo crea-  
tæ fuerint ; Neque tamen falsæ Platonis  
senten-

sententiæ a Poëtis plurimum habitæ aliquid roboris hinc adjicitur , censentes animas initio mundi creatas esse , atque in Syderibus collocatas , donec illæ organiza- to jam corpori conjungerentur. Unde forte *Rabbini* finxerunt omnium homi- num , qui futuri erant animas in Synai montis vertice adfuisse , legemque in ta- bulis Moysi datam audivisse. Rem hanc in nostram præclaré a Cicerone dictum accepimus ; *Naturam Anima intuenti multo difficilior occurrit cogitatio , qualis animus in corpore sit tamquam alienæ domi , quam qualis , cum exierit , & in liberum cælum , quasi in domum suam ve- nerit.* (2) Illud nihilominus certum est ,<sup>2)</sup> *Libro I.*  
*Tusc.* quod a Concilio Viennensi fuit defini- tum : Animam , substantialem esse ho- minis formam , licet hinc male inferant Peripatetici , substantialem ejusdem Ani- mæ per totum corpus diffusionem. Sa- tis enim est , si illi cerebri parti insideat , unde nervi originem ducunt , ut omnes corporeos motus , qui nobis cum belluis communes non sunt , dirigat & mode- retur , veraque hominis substancialis for- ma dicatur ; hanc porro cerebri partem *Conariam esse , vel Glandulam Pinealem*

censemus cum compluribus ex Recen-  
tioribus Philosophis.

### LIII.

*Omnis speciei ac seriei Animalium  
ac Animalculorum non a putri ma-  
teria, sed ovis repetenda est ori-  
go.*

**V**ulgaris est, sed profecto abjicienda prorsus opinio : quod Animalia quædam, illa præsertim, quæ graciliori motu, aut infirmiori vita gaudent, non ab Animalibus aliis, sed à sola materiæ corruptione, vel putrefactione oriantur, ut aliquæ nimirum putrescentis materiæ partes in novum Animal convertantur : Sic vermes in caseo, atque putridis carnis, in caprarum frontibus, & vaccarum cute ; Fucos ex equorum visceribus prodire in dies videmus. Omnis itaque animalium species, tam quæ perfecta, quam quæ imperfecta, seu *Inse-  
cta* nominatur, a fæcundatis ovis ori-  
tur. Ne autem vagari in re tam ampla debeamus, eorum Animalium, quæ in exemplum adducta superius fuerunt, pro firmando eorundem origine ab *Ovis* ge-

genesim, & mirabilem productionis me-  
tamorphosim, quoties quis experierit,  
quam libenter aperiemus.

## LIV.

*Datur DEUS, quem negare esse p̄-  
scium futurorum apertissima insa-  
nia est, qui cum causa sit omnium  
rerum, exploditur Epicuri senten-  
tia de fortuito atomorum concur-  
su, ut Blasphemata.*

**A** Veritate non solum longissime er-  
rat, sed prorsus etiam insanit, qui  
nullam *Divinitatis vim* in se ipso sentit,  
nullumque numen cognoscit, in quo sit,  
moveatur & vivat. Datur itaque DEUS,  
prima scilicet, atque ultima rerum om-  
nium Causa; cuius existentia non solum  
à Posteriori per ea, quae facta sunt, & ex-  
tra nos existere intuemur; sed etiam  
ex ipsa *Animæ essentia*, atque ingenita  
nobis idea evidentissime demonstratur.  
Jam confiteri DEUM esse, & negare p̄-  
scium futurorum apertissima insanias est,  
(I)ajebat Divus Augustinus, quod alioquin

I.) Libro. 5.  
de Civitate  
Dei. Cap. 9.

Providentia Divina vel infinita, ac invia-

*riabilis* sapientia illi concedi non posset ; sed aliqua potius in *tempore* cognosceret, quæ ab *eterno* non cognovisset , quin nihil absurdius fingi unquam potest. Unde consequitur D E U M esse rerum omnium providentissimam causam , contra Epicureos , apud quos afferitur Atomorum sententia , dicendo nihil esse , quod non conficiat Atomorum *turba* vel *Causa*, quod ut falsissimum ac blasphemum execramur.

## LV.

*Præter concursum concomitantem, datur & concursus prævius & quidem Physicus.*

**Q**uamquam Humani ingenii vires excedat investigare , qua ratione *invariabilis* , *efficacissima* , *prævia* Decretorum D E I dispositio , cum libera & contingentि rerum futuritione , præferunt vero cum Humanæ libertatis Arbitrio componi sive conjungi possit ; clarissimis tamen scripturæ & Sanctorum Patrum testimoniis erudimur : ipsum summi Dominii in singulas creaturas habere


ra-

rationem ; quod Dominum nos tam *amplum*, tam *efficax*, tam *invictum* in DEO agnoscimus , ut sine ipsius motu, non solum *concomitante* sed *previo* & *quidem Physico*, ut Thomistæ sentiunt, tam *liberae*, quam *necessariae* causæ nihil agant ; Quin vel earum *libertas*, vel Creatoris  
DEI OPTIMI MAXIMI Sanctitas  
lædatur.

A. M. J. S. J.



AD



## AD BENEVOLUM LECTOREM.

**S**Int ista , ut rerum na-  
turæ libuit , aliis cer-  
ta , aliis dubia , aliis pro-  
bata , aliis damnanda : (1)  
(1) Plin.  
Liber. II.  
cap. 53. nos in Philosophicis , qui  
sequimur probabilia ,  
nec ultra id , quod veri-  
simile occurrerit , pro-  
gredi possumus , & re-  
fellere sine pertinacia ,  
& refelli sine iracundia  
pa-

parati sumus. (2) Et tan-<sup>(2) Cic.  
Tuscul. I. II.</sup>  
tum abest, ut indigne-  
mur, si quis nos minus  
probabilem amplexos  
sententiam demonstret;  
quin ipsum potius ut  
Præceptorem, ac veluti  
bonæ mentis Parentem  
agnoscimus, atque exo-  
sculamur. *Gassendus E-*  
*pist. ad Hortens. Delphe.*



